

adverto, quod qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam rei mitigante: hostis enim apud majores nostros is dicebatur: quem nunc peregrinum dicimus. Plaut. Menach. sc. 2. a. 1. Averti prædan ab hostibus (i. suppilavi uxorem.) Idem Cure. sc. 1. a. 1. Et Gell. cap. 4. lib. 16. Status condicetus cum hoste dies. Ovid. Eleg. 1. lib. 1. Trist.

Cum modiis gemino caleulus hoste perit.

Idem 1; Metam. Hostibus infidior. Ibid. Hostes se mœnibus continere. Ibidem, Raptam Deam afferre per hostes. Plaut. Pseud. sc. 3. a. 4. Metuo ne ad hostes transigat. Metaphor. Ibid. sc. 1. a. 5. Opus perpetvavi, hostibus fugatis. Metaphorice: Ibid. sc. 2. a. 2. Hostes vivos rapere soleo ex acie. ¶ Hostium potitus, vide Potitus. ¶ Hostis dubius, i. qui dubitat, cedatne, ac fugiat, an consistat: quique firmo opponitur. Salust. Iugurth. 94. Subvenire suis, hostibus dubius instare, quos firmos cognoverat, eminus pugnando retinere. ¶ Hostis non hostis, δούλος τοῦ πόλεμου. Dicitur qui nulla lacerissus injuria, tamen quæ sunt hostium facit: aut qui pacis obtentu facit hostilia. Conveniet etiam in illos, qui prius quam expostulaverint de injuria cum amico, jam laudent inimicem.

Hosticapax, hostium captor. Fest. ¶

Hosticus, a, um: Hostilis, inimicus, adversarius. { μάλισθος, ιχθός. GALL. D'ennemi, ou ennemis, ennemi. ITAL. Cosa da nemico, inimico. GERM. Feindlich. HISP. Cosa de enemigo, enemigo. ANGL. Of an enemy. } Horat. lib. 1. Serm. sat. 9.

Hunc neque diva venena, nec hosticus auferet ensis.

Colum. in prefat. lib. 1. Quanquam inter ferrum & ignes, hostiis incisionibus vastatæ fruges: largius tamen condidere, quam nos, quibus diurna permittente pace prolatate licuit rem rusticam. Plaut. Capt. sc. 1. a. 2. Per conservitum quod hostica evenit manu. Ovid. Eleg. 10. lib. 3. Trist.

Et cremat insontes hostica turba casas.

Liv. lib. 6. ab urb. In hostico (agro) morari. Ovid. 4. Fast.

Hostica Tyrreno vota est vindemia regi.

Hostilis, e, quod est hostis, hosticus. { μάλισθος. GALL. D'ennemy tu d'ennemis. ITAL. Ciò che è d'inimico. GERM. Feindlich. HISP. Cosa de enemigo. ANGL. Of an enemy, pertaining to an enemy. } Virg. 11. Aeneid.

Indutisque jubes truncos hostilibus armis

Ipsos ferre duces.

Hostilis in Rempublicam animus. Cicer. ad Brut. Idem pro Cluentio. Hostile odium & crudelitas. Facere hostilia, vel pati omnia hostilia, est facere, vel pati omnia quæ ab hostibus possint expectari. Tacit. lib. 14. Quo pro Armeniis hostilius faceret. Hostilia referte. Liv. lib. 1. bell. Pun. Legati retulerunt omnia hostilia: & Sagunti ex dictum nuntiatum. Plaut. Capt. sc. 2. a. 2. Vis hostilis, eodem sensu. Ovid. Eleg. 1. lib. 4. Trist.

Ille ferox & adhuc oculis hostilibus ardens.

In rebus hostilibus magnus & sapiens vit Metellus (i. belli petulans.) Salust. Iugurth. 28.

Hostiliter, adverbium: Ad modum hostium. { μάλισθως. GALL. Enemis. ITAL. Ad uso d'inimico. GERM. Feindlich. HISP. Enemigabamente. ANGL. Like an enemy or adversary. } Cicero. 5. Philipp. Ergo Annibal hostis? civis Antonius? quid ille fecit hostiliter, quod hic aut non fecerit, aut non faciat, aut non molliatur, & cogitet?

Hostilitas, atis. { מִלְבָד אֶת־הַבָּשָׂר. δυομέρια, ἀπίκεια, τὸ πολύτιμον. GALL. Inimitié, haine d'ennemi mortel, hostilité. ITAL. Inimicitia. GERM. Feindschaft. HISP. Enemidad. ANGL. Deadly hatred. } Senec. de vita beata, Adversus hostes inhumana crudelitas, adversus suos etiam hostilitas est.

Hostimentum: vide Hostio, is.

Hostiarius: vide Ostiarius. ¶

Hostium: vide Ostium.

Hostilium: vide H-ilio, is.

Hostium, Hostuni. V.E. regni Neapolitan, sub A. Brundusino. ¶

Hostis, teste Varrone lib. 1. de re rust. cap. 24. dicitur tantum olei, quantum uno factu conficitur. Factum autem vocant, quod uno tempore conficiunt. Vide item Catonem cap. 6.

H S

HS numismatis typus. Jun. festertius. ¶

H U

Hu. olfacentis gestus. ¶

Hübér, is: Fœcundus, fertilis, ferax, secundum Apuleium cum h, ab is, plus. { פָּרָה פָּרָה, עֲבָדָה, שְׁבָדָה, תְּבָדָה, אַפְּרָה, אַמְּגָדָה. GALL. Plantureux, abundant, fertile, ample. ITAL. Abondante, fruttifero, eroso, divite. GERM. Fruchtbar, überflüssig. HISP. Cosa fertil y copiosa. ANGL. Fertile, fruitfull, plentiful. } Alii magis ab humeo, sicut tuber à tumeo, m, in b, converso. Loca enim arida, infœcunda sunt: contraria, quæ humecta sunt, ferticia. Non desunt tamen hodie qui sine aspiratione scribere malint. Vide vber, infcta. Est adjективum omnis generis, quanvis in plur. numero neutrum genus non inveniatur. Cat. lib. 2. Orig. Ita res huber fuit. Cicer. ad Quint. fratr. Multis locis aquam profluentem, & eam huberem yidi. Idem lib. 2. de natura deor. Huberimi latissime fructus vitium. Idem 1. de nat. deor. Majori expectatione, huberiote spe commoveri. Idem de clar. Orat. Nemo plenior & huberior ad dicendum fuit. Neutro genere usus est Gell. cap. 14. lib. 7. Huber dicendi genus. Et Seneca. Et omne id, inquiens, quod huberi cingitur solo. Inhuber. Gellius, Inhuberes, & multæ quidem mætræ esse essent. ¶ Huber vero substantivum, idem ferè est quod Mamma. { טְבָדָה, אַדְאָה. GALL. Mammelle, tetin. ITAL. Mammella, tetta. GERM. Brust. HISP. La teta. ANGL. An udder, a pape. } Virg. 3. Eclog.

Binos alit hubere fætus.

Propriè hubera videntur dici interiora mammarum: mammae vero, huberum eminentiae. Idem lib. 3. Georg.

lata magis manabunt hubera mammis.

Invenitur etiam quandoque huber substantivum, pro hubertate, Calepini Pars I.

aut fœcunditate. סְבָדָה, אַפְּרָה. ut, Huber agri, i. hubertas & fertilitas, quo pacto & Græci οὐρανὸς δέσην, dictunt. Idem lib. 1. Aeneid.

Terra antiqua, potens armis, atque hubere gleba.

Pallad. lib. 1. cap. 33. Pratis vero recentia stercoreta sufficient ad huber hebarum.

Hubertas, .tis: Fertilitas, abundantia, copia. יְחִילָה, שְׁבָדָה, מְטָבָה. GALL. Abundance fertilité, fœcondité. ITAL. Abondanza, fecondità, fertilità. GERM. Fruchtbarkeit, völle, überflüssigkeit. HISP. Copia y fertilidad. ANGL. Abundance, fertility, plenitude. Plin. lib. 7. cap. 2. Hec facit hubertas soli, temperies cœli, aquarum abundantia. Cicer. 2. de nat. deor. Nuper nati in aminas appetunt, carum que huberitate saturantur.

Huberius, & huberim, adverbia sunt comparativi & superlativi gradus, ab adj. Et. huber deducta, idem significantia quod copiosæ, & copiosius. Cicer. ad App. lib. 3. Eadem illa fecerunt lætiora mihi tuæ litteræ: non solum quia planius loquebantur, & huberius, quam vulgi sermo; sed etiam, quia magis videbar tibi gratulari. Idem 2. de divin. Atque his libris annumerandi sunt sex de Republica, quos tunc scripsimus, quum gubernacula Republicæ tenebamus: magnus locus, philologæque proprius, à Platone, Aristotle, Theophrasto, totaque Peripateticorum familia tractatus huberim.

Hubero, as: Huber, & fœcundum facio. { הַפְּרָה הַיְמָרָה, שְׁבָדָה, מְטָבָה. GALL. Rendre plantureux & fertiles, engrasser. ITAL. Far abondante, far divitioso, fœcundare. GERM. Fruchtbar oder völlig machen. HISP. Hacer fertiles y copiosos. ANGL. To mak fruitfull or plentiful. } Pallad. lib. 4. Hoc velut coitu steriles arbores huberantur. ¶ Huberare pro Exhuberare, seu huberem & fœcundum esse dixit Colum. lib. 5. cap. 9. סְבָדָה, אַפְּרָה. Optimum est, inquiens, etiam consitutas plantas circumvenire cunctis: deinde constitutum iam & maturum olivetum in duas partes dividete, quæ alternis annis fructu induantur: neque enim olea continuo biennio huberat, id est, fœcunda est, & fertilis.

Hubertim, abundanter, copiosæ. { שְׁבָדָה, אַפְּרָה. GALL. Plantureusement, fertilement, copieusement, abondamment. ITAL. Abondantemente, copiosamente. GERM. Überflüssig, überflüssiglich. HISP. Copiosa y fertilmente. ANGL. Abundantly with grace, plenty. } Catull. Hubertus, a, um: Abundans. { פָּרָה פָּרָה, שְׁבָדָה, מְטָבָה. GALL. Abondant, plantureux, fertile. ITAL. Abondante. GERM. Überflüssig, fruchtbar, völlig. HISP. Copioso, fertil. ANGL. Fruitfull, seplentiful. } G. II. lib. 7. cap. 14. Sed ea ipsa genera dicendi jam antiquis tradita ab Homero sunt, tria in tribus: magnificent in Ulyss, & huberum: subtile in Menelao, & cohibitum: mistum moderatumque in Nestore.

¶ Hubiola, vox à Germanis sumpta pro lupulo salictario: nam eam plantam vocant hopfen. ¶

Huc, adverb. ad locum. { הַבָּה הַבָּה. GALL. Iey, en ce lieu. ITAL. Quà. GERM. Hierher. HISP. Aca donde yo estoy. ANGL. To this place. } Terent. in Eunuch. Ego cum illo, quo cum uno tem habebam, tum hospite, abii huc. Idem in Hecyra, Nam senex tus abdidit se: huc tardò in urbem commeat. Plaut. Men. sc. 2. a. 5. Concede huc ab isto, quam potes longissime. Ibid. sc. 2. a. 4. Huc concedamus. Ibid. sc. 1. a. 2. Cedo dum huc marsupium. Idem Asin. sc. 3. a. 3. Quin tradis huc crumenam? Idem Aul. sc. 3. a. 3. Opera huc conducta via, non oratio. Ibid. sc. 2. a. 4. Redde huc sis (bis ibidem.) Item, Ostende huc manum. Idem Men. sc. 4. a. 2. Qui huc in hanc urbem pedem nunquam intrò retulit. Ibid. sc. 2. a. 4. Neque hodie huc intrò retuli pedem. ¶ Hinc huc. Idem Mil. sc. 3. a. 2. Nihil est quâ hinc huc transire possit (i. domo foras.) ¶ Huc & illuc, אַבְּדָה וְאַבְּדָה, uncertainum iter ostendunt, quod etiam dicimus sursum & deorsum. Cicer. ad Attic. Ne cursem huc & illuc rapit. Plaut. Aul. sc. 1. a. 4. Ut possim huc & illuc quid agant arbitrari. ¶ Hucusque, hoc est, usque ad hunc locum, vel usque ad hoc tempus. Plin. lib. 6. cap. 26. Hucusque Nestoris exercitum duxit.

Huccine, interrogativum est, compositum ab huc & ne, per interpositionem syllabæ. Cicer. 7. Verr. Huccine tandem omnia reciderunt.

Hui, interjectio est admirantis, inquit Don. βαθα, ω, φε. Hui. ob. Terent. in Heaut. Hui, tam graveis hos quæso. M. Sic meritum est meum. Cic. ad Attic. Hui, totiesne me littetas dedisse Romanum, quin ad te nullas darem? ¶ Hui, hem, & cæteris ejusmodi utimur adversus eos, quibus irascimur, interpreti Donato. Terent. in Eunuch. Scibis. Principio eam esse dico liberam. THR. Hem. civ. Civem Atticam. THR. Hui. Idem in Andria. Juno Lucina fer opem, serva me obsecro. s. Hui tam citò? ridiculum. ¶ Hui, ironia quoque servit, ut author est Diomedes lib. 1.

Hvic, dativus pronominis Hic, hæc, hoc, ταῦτα, τοῦτο. Qui in carmine ferè unica syllaba effertur: ut apud Virg.

Hic conjux Sichane erat.

Quandoque etiam per duas, sed ratiū. Stat. lib. 1. Theb.

Latus huius domino video dare iura nepotes.

Hujuscem, genitivus ab huc, hæc, hoc, compositus cum syllabica adiunctione, ce. Cic. 7. Verr. Quos tandem fructus hujuscem necessitudinis in istius imperio tulit.

Hujusmodi, & Hujuscemodi. Nomina adjectiva omnis generis indeclinabilia, composita ex genitivis hujus, vel hujuscem, & modi, à modis, idem significant quod Talis. { כוֹרֵץ חָזֵץ. מִשְׁתָּמָד. GALL. De cette sorte, tel. ITAL. Di questa guisa, di questa maniera. GERM. Solcherley / derley / dergleichen. HISP. Desta manera. ANGL. Of this sort or fashion. } Plaut. in Bacch. Homo adolescentulus penetrarem hujusmodi in palæstram, ubi damnis desudascitur? Idem Capt. sc. 4. a. 5. Hujusmodi paucas poëtæ referunt comedias. Idem Pseud. sc. 2. a. 3. Cum hasce herbas hujusmodi in alvum congerunt. Terent. in Heaut. Hujusmodi obsecro, aliquid reperi. Ibidem, Hujusmodi mihi res semper comminiscere, ubi me excarnifices. Cic. 3. de legib. Nec miror, sed mæteo casum hujusmodi.

Hulcus: vide Vetus.

Hulula: vide Vlula.

Hululo: vide Vlulo.

Hūmānūs, a, um, denominativum est ab homine deductum: Benignus, mitis, lenis, facilis, affabilis, blandus. { ρωγ̄ hanāv. φιλαθραπτός, ἀθράπτος, ἀθράπτων. GALL. Humain, d' homme douç, courtois. ITAL. Humano, benigno. GERM. Menschlich. HISP. Cosa humana y benigna. ANGL. Courteous, gentle, benigne, gracieux, bounteous, pertaining to men. } sicut à fratre ferinus. Cicer. 4. Verr. Quod est aliud in illa provincia genus humanum? Plin. lib. 1. cap. 49. Sunt iis etiam humano calculo remedia præcipua: id est, calculo qui in homine generatur. Cic. pro Rose. Amer. Portentum atque monstrum certissimum est, esse aliquem humana specie & figura, qui tantum immunitate bestias vicerit, ut propter quos hanc luavissimam lucem asperxerit, eos indignissimè luce privarit, quem etiam feras inter se patutus atque educatio, & natura ipsa conciliet, &c. Ter. in Andr. Haec ego putabam esse omnia humani mansuetique animi officia. Quintilianus, Datus tandem rebus humanis (sup. perfectus orator.) Senec. cap. 13. de tranquill. Generis humani odium. Velleius: Vir bonus in quantum humana simplicitas intelligi potest. Item, Neque divini, neque humani quicquam credas. Humanæ dapes, i. sterlus, aut præluyves hominis, ut humanus potus, i. lotium. Plin. Cæteri authores consensu humanas dapes ad hoc in primis advocant, alii ex iis præferunt humanos potus. { Accipitur etiam interdum humanus pro eo quod ab hominis natura non abhorret. Terent. in Adelph. Nam hoc quidem ferendum aliquo modo est, persuasit nox, amor, vinum, adolescentia: humanum est. Ubi Donatus. Nihil tandem ex ea sumptum consuetudine est, quod non humanum. Et hoc dicere solemus, ubi peccatum quidem non negamus, sed tolerabile esse dicimus.

Hūmānitas, atis, propriè naturam humanam significat. { ρωγ̄ hanavāb. φιλαθραπτίκη, αθραπτίκη. GALL. Humanité, courtoise. ITAL. Humanità. GERM. Menschheit. HISP. Humanidad. ANGL. Humanitie, curtoisie. } Cic. pro Rose. Amer. Magna est vis humanitatis, communio sanguinis, natura ipsa. Idem pro Sylla, Petrem veniam errato meo ex intimis vestris cogitationibus, & ex humanitate communi. { Et quoniam eruditio, & bonatum artium disciplinæ soli homini sunt propria, factum est, ut humanitas accipiatur pro eruditione, & bonarum litterarum scientia, quam Græci vocant παιδία. } ANGL. Learning, literall knowlege. } ut apertissime ostendit Gell. lib. 1. cap. 16. adducens locum Varronis ex lib. 1. rerum humavarum, qui sic habet: Praxiteles propter artificium nemini est paululum humaniori ignotus. Cic. in Verr. Tu sine ulla arte, sine humanitate, sine ingenio, sine litteris solus judicas? Idem de Orat. Homo non hebes, neque inexercitatus, neque communium literarum & politioris humanitatis expers. { Præterea quia homo inter omnia animalia maximè mitis est, idcirco humanus pro facili & miti ponitur, & humanitas pro facilitate, lenitate, comitate, mansuetudine, clementia, benevolentiaque, quam Græci φιλαθραπτίκη vocant, quasi amorem in homines. Cic. lib. 1. Offic. Non modo id virtutis non est, sed est potius immanitatis omnem humanitatem repellentis. { Humanitatem dare, est cibos & alimoniam præbere in carcere constitutis.

Hūmānē, adverbium: Humano affectu, hoc est, benignè, mansuetè, comiter, leniter. { ἀθραπτόδε. GALL. Humainement, comme un homme doit faire, courtoisement. ITAL. Benignamente, humanamente, cortesamente. GERM. Menschlich. HISP. Humana, y benignamente. ANGL. Freindly, courteously, gently. } Terent. in Adelph. Nam ita est homo, Cum placo adverto ledulò, & deterreo. Tamen vix humanè patitur. Cicer. Att. lib. 1. Ille quid Puteolos prosequitur, humanè: quid queritur, injustè. Humanè ferre morbum. Cic. 2. Tusc.

Hūmānēr, adverbium, benignè, mansuerè, & quo animo. { φιλαθραπτός. GALL. Humainement, avec douceur & courtoisie. ITAL. Con humanità, come ad homo si conviene. GERM. Menschlich/dultiglich. HISP. Humana, y benignamente. ANGL. Freindly, courteously, gently. } Cic. ad Marium lib. 7. Epist. Propter molestissimas occupationes meas, quibus si me relaxaro, docebo profectò quid sit humaniter vivere. Idem ad Attic. lib. 1. Si aliter acciderit, humaniter fetemus, id est, & quo animo, ut hominem decet, mille fortunæ telis exposum.

Hūmānētūs, adverbium: More humano. { ἀθραπτόδε. GALL. Comme il advient aux hommes, à la façon des hommes. ITAL. Come deve far l'uomo. GERM. Menschlicher weis nach. HISP. Humanamente. ANGL. After the fashion of men, as it hapneth unto men. } Plin. lib. 10. cap. 63. Ut si autem (ut dictum est) humanitus strati, id est, ut solent homines. Cic. 1. Philipp. Si quid mihi humanitus accidisset, id est, si fortasse morerer.

¶ Humanio, as: Latini Ecclesiastici scriptores imitati Græcos, Dominum εαργαπτόν, dicunt humanatum, id est, humanâ carne indutum, hominem factum esse.

Humanatio εαργαπτίσσις, est incarnatio.

Hūmātio, Humatus: vide Humus.

Hūmēo, es, ui: Madidus sum. { בָּרְאַתָּהּ רָתָבּ. ρετίω. GALL. Estre, ou devenir moite, ou humide. ITAL. Eſſer humido. GERM. Naſi oder feucht sein. HISP. Humedecerſe. ANGL. To be moyſt or wet. } Nicandro ρετίω εἰμι. Ovid. 10. Metam.

Dat gemitus arbor, lachrymisque eadentibus humet.

Col. lib. 3. cap. 11. Verum est in opere difficilior, quod neque humentem fodere possis, quod sit glutinosissima: nec nimium siccum, quia ultra modum prædura.

Hūmēſco, is: Humectus fio. { בָּרְאַתָּהּ רָתָבּ. ρετίωνος, ρεטּוֹן. GALL. Devenir moite, ou humide. ITAL. Divenir humido. GERM. Naſi oder feucht werden. HISP. Humedecerſe. ANGL. To waxe moyſt or wet. } Virg. in Georg.

— humescunt spumis, flatisque sequentum.

Plin. in Paneg. Vidimus humescentes oculos tuos, demissumque gaudio vultum, tantumque sanguinis in ore, quantum in alieno pudoris.

Hūmēſto, as: Humidum reddo, irrigo. { ρουψ schatáph, ρετּוֹרִוָּה, בָּרְאַתָּהּ בָּרְאַתָּהּ. GALL. Humeſter, moüller. ITAL. Bagnare far humido. GERM. Naſi oder feucht machen. HISP. Mojár, humedecer. ANGL. To mak moyſt or wet. } Virg. lib. 4. Georg.

Qua niger humectat flavenia culta galesus.

Col. lib. 7. cap. 3. Agnus, quem est editus, erigi debet, atque ubribus admoveri: tum ejus diductum os pressis humectari papillis, ut confiscar maternum trahere alimentum.

Humectatus, a, um. Gell. cap. 11. lib. 17. Eoque (pulmone) satis humum statu, dimanare per eum, &c.

Hūmētūs, a, um, adjективum, humidus. { בָּרְאַתָּהּ רָתָבּ, ρεטּוֹן. GALL. Moüillé, ramoiti, relent, humide. ITAL. Humidito, humido. GERM. Naſi gemacht, befeuchtigt. HISP. Cosa humeda. ANGL. Moyſt or wet, danke. { ut, Humeſtus locus. Vart. 1. de re rust. cap. 24. Si locus humectus sit, ibi cacumina populorum serunda, & arundinetum.

Hūmēdūs, a, um, ab ρεטּוֹן, aliis ab udus. Quod humorem inducit, vel quod humorem haber. { בָּרְאַתָּהּ רָתָבּ, ρεטּוֹן, ρוֹנֶגֶת. GALL. Humide. ITAL. Humido. GERM. Naſi/feucht/oder das feucht macht. HISP. Humedo. ANGL. Moyſt wet, danke. } Virg. 2. Aeneid.

— Et iam nox humida caelo

Precipitat, suadentque cadentia sydera somnos.

Cic. in Verr. 3. Ignem ex lignis viridibus atque humidis in loco angusto fieri jussit. Ovid. Eleg. 1. lib. 4. Trist.

Humidaque est fletu littera facta meo.

Idem Eleg. 3. lib. 3.

Deque tuis lacrymis humida ferta dato.

Gell. cap. 15. lib. 1. Humidis verbis & lapsantibus defluere. Et Plaut. Most. sc. 2. a. 1. Ita hæc tigna humidè purrent (aliás humida.) { Humidum, Substantivum, ut Humidum paludis. Tacit. lib. 1. præmisso Cecinna, ut occulta saltuum scrutaretur, pontesque, & aggeres humido paludum, & fallacibus campis imponeret.

Hūmēdūlūs, diminutivum, ut Linum humidulum, apud Ovid. 3. de arte amandi.

Fallet & humiduli que fiet acumine lini.

{ ρεטּוֹן, ρוֹנֶגֶת. GALL. Un peu humide. ITAL. Alquanto humido. GERM. Naſidchtig. HISP. Cosa humeda un poco. ANGL. Somewhat moyſt, or danke. }

Hūmēfēr, a, um: Humeſtus, humorem afferens. { בָּרְאַתָּהּ רָתָבּ, ρεטּוֹן. GALL. Baigné, moüillé. ITAL. Bagnato. GERM. Befreuchtigt. HISP. Mijado. ANGL. Moyſted, made wet. } Apul. lib. 1. flor. Vel enim collculus sepimine consecratus, vel truncus dolamine effigiat, vel cæſpes libamine humigatus, vel lapis unguine delibutus.

Hūmērūs, i: Est pars illa corporis, à qua dependent brachia, qz alio nomine vocatur armus, authore Festo, quod ab ea parte armis dependent. { בָּרְאַתָּהּ שְׁכֵחֶם, ρמּוֹנָה כָּתְּבֵהָפּ. ρוֹנֶגֶת. GALL. L'épaule. ITAL. Humero, spalla. GERM. Schulter oder achſeln. HISP. El mbro. ANGL. The shoulder. } Terent. in Eunuch. quas matres studiū demissis humeris esse. Cic. in Verr. Ab humero pendebant sagittæ, Virg. 2. Aeneid.

Hæſetus, latos humeros, subjectaque colla
Veste super, fulvique inſternor pelle leonis.

Plaut. Capt. sc. 1. a. 4. Mihi humerus est aries. Idem Pseud. sc. 1. a. 5. Verte hac humerum (ut te onerem.) Idem Men. sc. 2. a. 5. Eripi huic oculum ab humero qui tener. Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Inque tuis humeris jam leve fertur onus.

Idem Eleg. ult. lib. 4.

Induiturque humeros cum lato purpura clavo.

Idem 13. Metam.

His humeris, his, inquam, humeris, ego corpus Achilius Tuli.

Suet. in Aug. cap. 10. Humeris subire aquilam. { Humeri etiam de bobus dicuntur. Cic. 2. de nat. Deor. Quid de dubibus loquat? quorum ipsa terra vires humorum, & latitudines ad aratra extingueda, &c. } Dicuntur etiam humor in avibus partes illæ, à quibus dependent alæ. Col. lib. 8. cap. 1. de gallinaceis, Jubæ deinde varix, vel ex auro flavæ, per colla cervicæque in humoros diffusa. { Humoris sustinere ii dicuntur, quoqum authoritas, diligentiaque plurimæ valet in conservanda salute cujuspiam. Cic. pro L. Flacco, De summa Reip. taceo, quam vos universam hoc judicio, vestris, inquam, humeris, judges, sustinetis.

Hūmērōsūs, qui latos humeros habet. { בָּרְאַתָּהּ ρוֹנֶגֶת. GALL. Espana, qui a hautes épaules. ITAL. Di alte spalle. GERM. Das grossend brachte achſel hat. HISP. Corcovado, que tiene los ombros altos. ANA. That hath broade shoulers. } Humerosus locus. Colum. lib. 3. cap. 10. Itaque custodiemus, ut à prædictis locis, quos humerosos stici vocant, semina legamus.

Hūmērālēs, is: Humerorum tegumentum, quemadmodum Tibiale tegumentum tibiarum. { בָּרְאַתָּהּ ρוֹנֶגֶת. GALL. Espaliers. ITAL. Veste da spalla. GERM. Ein Kleid das man zu bedeckung der achſeln anzeucht. HISP. Cierta vestidura del ombo. ANGL. Any thing to where on the shouderis. } Paul. Nam si tibiale, vel humerale miles alienavit, castigati verberibus deberet.

Hūmēſco, Humidus: vide Humeo.

Hūmills, e: Depressus, non altus, & à terra sublatus. { בָּרְאַתָּהּ ρוֹנֶגֶת. GALL. Humble, humilié, rabaisse, bas. ITAL. Humile. GERM. Niedert/ndertdrächtig. HISP. Cosa bassa o abatida, è humilde. ANGL. Low, simple, offree condition. } Cic. in Tusc. Vires, & ea quæ sunt humiliora, neque se tollere à terrena possunt. Colum. lib. 4. cap. 1. Humili statu vites plerunque juxta terram coërcetur. Virg. 2. Eclog.

Atque humiles habitare casas.

Idem 4. Eclog.

Non omnes arbusta juvant, humiliisque myrtæ.

Velleius, Speciosis invidebat, parebat humilimis Sex. Pompeius.

Accipitur etiam humiliis pro contempto, abjecto, demissio, quod &

Grati

Greci mundi dicunt. { ANGL. Poore, vile. } Cic. 3. de finib. Qui altiorum animo sunt, nihil abjectum, nihil humile cogitant. Idem de Amic. Nihil enim altum, nihil magnificum ac divinum suscipere possunt, qui suas omnes cogitationes abjecerunt in rem tam humilem, tamque contemptam. Idem ad Attic. lib. 7. Dicam idem quod Pompeius, neque id faciam humili animo.

Humilitas, atis. { Altitudo. } נְבָשׁוּ שְׁחֵפֶל, בָּנָבָשׁ הַנָּאָבָה. מִתְּנוֹמָה, מִתְּנוֹמָה. GALL. Basseesse, bas estat, petiteesse. ITAL. Bassezza, humilità. GERM. Niedere/niederdrächtigkeit. Item, demut. HISP. Baxezza, ò humillad. ANGL. Humilitie, basness of condition, lowliness. } Cic. 5. Tusc. Sydera inter se altitudine & humilitate distantia. Idem 2. de divin. Vocet enim ratio Mathematicorum, quanta humilitate Luna feratur, terram propè contingens. ¶ Humilitas ponitur etiam pro obscuritate, tenuitate, & ignobilite. Cic. 1. Offic. Quoniam autem prima ætas propter humilitatem & obscuritatem in hominum ignoratione versatur. Idem 13. Philipp. Is autem humilitatem despiciere audet cuiusquam, qui ex eadem lustulerit liberos. ¶ Humilitas cum opponitur superbia, αὐτοφυσία, definitur à Speusippo, quod sit facilitas animæ omnis expers iracundia. Verum in hac significatione usitatius Modestia vocabulo utinam.

Humiliter, adverb. hoc est, demissè, submissè. { Altè, superbè. } מִתְּנוֹמָה. GALL. Petitement, bâssemant, humblement. ITAL. Humilmente, bassamente. GERM. Nider/niederdrächtiglich. HISP. Baxza, y humilmente. ANGL. Lovoly, humbly. } Plin. in Epist. Eadem enim facta claritate, vel obscuritate facientium, aut attolluntur altissimè, aut humillimè deprimuntur. Liv. 4. bell. Pun. Hæc natura multitudinis est, aut servit humiliiter, aut superbè dominatur.

Humilio, as: Humilem facio, & quasi abjectum ac vilem reddo. { נְבָשׁוּ הַשְׁכִּיל, מִתְּנוֹמָה. } GALL. Abaisser, humiliier. ITAL. Farbumile, humiliare. GERM. Erniedern/niederdrächtig/schlecht und unachslam mach. n. HISP. Abaxar, abasir, ò humiliar. ANGL. To mak humble, or lowe. } ut est illud, Humiliavit seipsum, formam servi accipiens. Frequens est hujus verbi usus in sacris litteris: alioquin apud probatos linguae Latinæ scriptores vix invenies, in hac præstimum significacione. Legitur tamen Humiliatus, part. pro eo quod est depresso, & humiliis effectus, ita ut à terra parum attollatur. Cic. 3. de nat. deor. Alia animalia humiliata, ut cibum terrestrem facile rostis contingent: alia altiora sunt, &c.

Humo: vide Humus.

HUMOR, is: Aqua, liquor, ab humis fit, quia aquæ tertiis inclusæ sunt. { נְהָאָבָה, בָּנָבָשׁ הַשְׁכָּה. } GALL. Humeur. ITAL. Humore, liquore. GERM. Feuchte, feuchtigkeit. HISP. Humor. ANGL. Moisture, liquor. } Cic. de divin. Et humor allapsus extrinsecus, ut in testiculis videmus, Austro poret sudorem imitari. Idem 2. de natura deor. de astris loquens, Et terrenis maximisque humoribus longo intervallo exrenuatis alantur. Ibidem, Humor, & calor, qui est infusus in corpore. Virg. 1. Georg.

Hic sterilem exiguis ne deserat humor arenam.

Humor pro potionē vini aquosa. Virg. 1. Georg.

Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorē.

Sic alibi humida vina vocavit tenuia, quæque plurimum aquosæ substantia haberent admistum.

Humiculus, Adjectivum. Idem quod humectans, humidum faciens. Plin. lib. 2. cap. 101. Glaciem refundat, cunctaque humifiso spiritu laxat. De Luna.

HYMVS, i, fœm. gen. Terra ab u, v in u mutata. Scaliger. { אַדְמָה, יְמָן erets. yia, yn. } GALL. La terre. ITAL. Terra. GERM. Die erd/das erdtrich. HISP. Tierra. ANGL. The moist earth, the ground. } Cic. de senect. Humus subacta atque pura. Idem. 2. de legib. Quos humus injecta contegit. Virg. 1. Georg.

Necnon & lini segetem, & cereale papaver.

Tempus humo tegere, & jamdudum incumbere aratri.

Idem 2. Georg.

At qua pinguis humus, dulcique uligine lata.

Ovid. Eleg. 3. lib. 4. Trist.

Tatia que nascenti corpus haberet humus.

Idem Eleg. 3. lib. 9. Trist.

Cum

Vester ab intacta circulus extet humo.

Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Aliet humum de qua singantur pocula, &c.

Idem 13. Metam.

Nec me luctusque tumbrque

Tardarunt quin corpus humo sublime referrem. Humi, vice adverbii ponitur. { imi yñs, yñs, yñs, yñs. } GALL. Atere, sur la terre, en bas. ITAL. In terra. GERM. Auf der erden, auf dem boden. HISP. In tierra, basamente. ANGL. On the ground, a lowe. } Plin. lib. 9. cap. 13. Humi quoque vice pedum serpunt. Colum. lib. 9. cap. 14. Incunt autem non ut priores aves, de quibus diximus, insistentes humi. Ovid. 5. Metam.

Sternit humi juvenem.

Virg. 1. Æneid.

Nec primus absit quæm septem ingentia viatorum.

Corpora fundat humi.

¶ Humi hauris, γεννεῖται. D: inaniter laborante. Nihil est enim quod è solo haurias: hoc est, ab imo putei fundo, si is siccus sit. Apparet dici posse, quoties exhausta copia non multum superest quod haurias. Zenodotus. ¶ Humi serp' oratio, quæ pressior humiliorque est quæm oparet, semper quasi jacens, nunquam assurgens. Horat.

Humo. Varro apud Non. in Humo, In pavimento non aedes facere lacunam: at in humo calceos facis elios.

¶ Homicubæ, sacerdotes humi cubantes ad Deorum responsa accipienda. Cerdæ.

Humipes, spongia dicta, quod riedâ non veheretur. Poll.

Humipeta, humum petens. Bud.]

Homo, as: Humo contego, sepelio, terra condo, terra obruo. { נְבָשׁוּ קָבָר. } GALL. Enterrer. ITAL. Sepellire, coprire di terra.

Calepini Pars I.

GERM. Mit erden bedecken. HISp. Enterrar los cuerpos. ANGL. To interre, to bury, to hide. } Cic. lib. 1. Tusc. Magorum est mos, non humare corpora suorum, nisi à feris sint ante lanata. Ibidem, In terram eam cadentibus corporibus, hisque humo tectis (ex quo dictum est humari) sub terram censebant reliquam vitam agi mortuorum. Plin. lib. 7. cap. 54. Sepultus intelligunt quoquo modo conditus: humatus vero humo contextus. Geil. lib. 7. cap. 8. de delphino. In sui pueri sepulchro humatus est. ¶ Hujus compositum est Inhumo, de quo suo loco.

Humatio: Sepultura. { קְבֻרָה keturah. מִתְּנוֹמָה, כְּבָשָׂמָךְ. } GALL. Enterrement, ensevelissement. ITAL. Esso seppellire. GERM. Begrebnuß bestattung zu der erden. HISp. Enterramiento. ANGL. A burying or interring. } Cic. 1. Tusc. Cujus hoc dicto admoneor, ut aliquid etiam de humatione & sepultura dicendum existimem.

Humator, aliud verbale. Lucan. lib. 7.

— non illum Pænus humator

Confusis, &c.

|| Hungaria, Ungern, Hungrie, provincia titulo regio data, quam Danubius mediam interfluit. ||

Hunni, ὥννι. Populi sunt qui quondam in Scythia Europæ super Meotim paludem incoluerunt: deinde mutatis sedibus, ingenti multitudine in Pannoniam irruperunt. Hec gens temporibus Valentianis principis, duce Attila totam perè Europam pervagata, Galliam, Italiāmque fœdissimis cladiibus affecit: donec Leonis Pontificis precibus victa rursus se recepit in Pannoniam. Quare credibile est, Hunnos eos esse, qui etiam hodie Pannoniam incolunt, paucis immutatis litteris, Ungari vocati. De his Hieronymus ad Oceanum: Ab ultima Mæotide inter glacialem Tanaim, & Massagerarum immanes populos, ubi Caucasi rupibus feras gentes Alexandri claustra cohibent, erupisse Hunnororum examina, quæ petnicibus equis huc illucque volitantia, cædis pariter ac terroris cuncta compleverunt. || Huso, nomen piscis ἀράγετος, in Danubio, i.e. qui spinas non habet. Vide Casaub. lib. 7. in Ath. cap. 13. ||

H Y

HYACINTHVS: ὑάκινθος. Suidæ. } GALL. Vaciet, ou cignon de chien, hyacinthe. ITAL. Iacinto, cipolla canina. GERM. Ein blaues matzenblum/violbeum. HISp. Iacinto, flor. ANGL. A jacinet precious stone. } Est genus violæ venæ, colore obscuræ purpuræ, quam à Romanis vacinium appellari author est Dioscorides. Galli, teste Ruellio lib. 3. cap. 4. servato Latini nominis vestigio, vocant vacietam: herbam autem, cæpam agrestem. Hoc violæ genus venis quibusdam nigris est distinctum, ita discurrentibus lineis, ut duarum Græcarum litterarum a, & i, figuram referant: quæ res Poëtis duplicitis fabulæ occasionem præbuit. Nam & hyacinthum puerum dilectum ab Apolline, quem imprudens disci jactu interfecit, in hunc florem mutantum tradunt, interjectionemque dolentis a, quæ ex duabus illis litteris conficitur, veluti testimonium doloris, quem Apollo ex ejus morte conceperat, habere inscriptam. Præterea Aiacem in eundem florem conversum aiunt, dum impatientia prælati sibi Ulyssis scipsum intermit: duásque primas ejus nominis litteras in hoc flore mansisse impressas. Ovidius utramque fabulam complexus est lib. 13. Metam.

— rubefactaque sanguine tellus

Purpureum viridi genuit de cespite florem,

Qui prius Oebalio fuerat de vulnera natus,

Littera communis mediis puerisque virisque

Inscripta est foliis, hac nominis, illa querela.

Vide Martial. Epigr. 173. lib. 14. ¶ Est etiam Hyacinthus gemmæ nomen, colorem habens amethysto gemme non absimilem, sed tam dilutiorem. Vide Plin. lib. 34. cap. 9. ¶ Hyacinthus non scriptus, ea herba, quæ (ut Diosc. lib. 4. 58. describit) habet folia bulbi, dodrantalem caulem, lævem (λαῖον) minimo digito tenuorem, herbarci coloris, comam procumbentem florum purpureorum plenam (κοπὺλα κυρτῶν ἄσθες ωλέην περιφεροῦστες,) radicem quoque bulbaceam. Sed quid est, in divinis litteris sæpe conjunguntur hyacinthus & purpura? Est pannus hyacinthino colore tintus, qualis est hyacinthi floris. ||

Hyacinthi, orum, variorum, substantivum (ut author est Hieronymus contra Iovinianum) dicebantur quedam sacra nocturna à Lacedæmonis repæta in honorem Hyacinthi pueri, ab Apolline disci jactu imperfecti. Vide Plutarch. in Aris. Ovid. lib. 10. Metam.

Nec genuisse pudet Sparten Hyacinthen, honórque

Durat in hoc avi: celebrandaque more priorum,

Annua pralata redeunt Hyacinthia pompa.

Hyacinthi, a, um. { קְבָשָׂמָךְ techeleth. וְאַיִלְלָה. } GALL. De couleur de vaciet, de couleur de pourpre. ITAL. Del color di iacinto. GERM. Violsbraun/gesiebt als ein Hyacinth. HISp. Cosa de color de aquella violeta, ò de iacinto. ANGL. Of the colour of purple. } Quod habet colorem hyacinthi. Persius Satyr. 1.

Hie aliquis cui circum humeros hyacinthina lana est.

Flos hyacinthinus. Carullus in Epithalamio Iulie.

Hyacinthones, βαρύνθες, dicti sunt smaragdi quidam ad hyacinthi colorem accedentes: quoruni meminit Plin. lib. 37. cap. 5.

Hyædes. { כְּוָתָם chimah. vades. } Suidæ, stellæ septem in capite Tauri,

quæ quoties nascuntur, vel occidunt, pluvias creant. δέδε τὰς ὑάρες.

{ Das rägenlich sibengestirn im Kopff des Stiers. } Ovid. lib. 5. Fast.

At simul inducent obscura crepuscula noctem,

Pars Hyadum toto de grege nulla latet:

Ora mican Tauri septem rariantia flammis,

Navita quas Hyadas Grains ab imbre vocat.

Idem Eleg. 10. lib. 1. Trist.

Aur hyadas savis hauserat Auster aquis.

Item,

Pleiadásque Hyadásque immunémque aquoris Arcton.

Fabulantur Poëtae Hyades Bacchi nutrices faisse, quæ & Dodoni-des nymphæ vocatæ sunt, à Dodona civitate Epiri: quæ quum Junonis iram reverentur, fugerentque Lycurgi regis saevitiam, à Jove in cœlum translatæ sunt. Alii tradunt Atlantem ex Æthra uxore Hyantem filium suscepisse, septemque puellas, quarum hæc sunt

Ddd 4

nomina

nomina, Ambrosia, Eudora, Pasithoe, Coronis, Plexauris, Pytho, & Tyche: quæ cum fratrem à leone devoratum implacabili luctu prosequerentur, dolorisque magnitudine extabescent, Jovis miseratione in septem stellas sunt conversæ, & ut perpetuum maneret tantæ pietatis testimonium, fratris nomine Hyades sunt appellatae. Hæ à Latinis vocantur Sueulas, ignorantia Græcæ linguae, ut Tito Ciceronis libertus putavit. Nam quum scirent prisci illi linguae Latinae authores hæc à Græcis dici, quas vocamus sues, putaverunt etiam hæc Latinè posse verti Sueulas: tanquam Hyades dñe rū bñr, hoc est, à Suebus, ac non potius dñe rū bñr, hoc est, à pluendo dicarentur. Sed de Tironis judicio vide Gell. lib. 13. cap. 9. Non absurdum tamen videtur, idcirco Sueulas à Latinis vocatas esse, quod propter maximas quas afferunt pluvias, luto gaudere videantur, quemadmodum sues.

Hyræ, ὑάρα, urbs Locrorum Ozolarum, apud Thucydidem lib. 3.

Hyæna, ὑάρνα, cum diphthongo, & penultima prod. Animal ferum, & crudele, quod sermonem hugianum assimilat, pastoriūque nomina addiscit, ut eos foras evocatos dilaniat. Plin. lib. 8. cap. 30. Hyænis utramque esse naturam, & alternis annis mares, alternis foeminas fieri: parere sine mare vulgus credit: Aristoteles negat, &c. Et paulò post, Multa præterea mira traduntur: sed maximè, sermonem humānum inter pastorum stabula assimilare, nomēnque alicujus addiscere, quem evocatum foras laceret. Item vomitionem hominis imitari, ad solicitandos canes, quos invadat. Hyæna etiam meminat Ovid. lib. 15. Metam.

— & qua modò foemina tergo

Passa marem, nunc esse marem miramur hyænam.

|| Hyæna, gemma ex ocalis hyæne. Plin. lib. 30. cap. 11. ||

Hyælvæ: Vitrum. { ὑάλος. ANGL. Of the colour of glasse. } Unde color hyali, dicitur color viridis, qualis est color viti. Virg. 4. Georg.

— Milesia vellera nymphæ

Carpebant hyali saturo fucata colore.

¶ Inde sit Hyalinus, ὑάλος, pro vitreo: & Hyalurgus, ὑάλυργος, pro vitriario. ¶ Est item Hyalus Asia fluvius, in Tmolo monte nascens, & non procul ab Herimi ostio in mare Aegæum influens. Vide Strab. lib. 11.

¶ Hyalotheca, ὑάλοθηκη, locus ubi vitreum instrumentum reconditur. Hyalurgus, ὑάλυργος, vitriarius, ὑάλυργειος, vitriarium, officina. ||

Hyæmæ, ὑάμεια, Messeniaci agri oppidum, unum ex quinque, ut inquit Steph. Gentile est Hyamita, ὑαμίτης, teste eodem Steph.

Hyamion, ὑαμίον, Troadis oppidum, à quo fit gentile Hyamios, ὑαμίος. Stephan.

Hyampolis, ὑαμπόλις. Phocidis oppidum ad Parnassum montem, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 7. & Strab. lib. 9. { Ein stat in phocide am berg Parnasso. } Est & Hyampolis altera in Bœotia, non procul ab Orchomeno: cuius meminit Ptol. lib. 4. cap. 15.

Hyantes, ὑαντες. Ab antiquis appellabantur Græcia populi, postea Bœoti appellati. { Die völcker in Bœotia. } teste Plin. lib. 4. c. 7. quod nomen ab Hyante rege traxisse putantur, ut non obscurè innuit Strab. lib. 7. ¶ Hinc deducitur adjectivum Hyantius, a. um, idem significans quod Bœotius: unde Actæonem Cadmi nepotem Hyantium cognominat Ovid. 3. Metam.

Quum juventis placido per devia lustra vagantes

Participes operum compellat Hyantius ore.

Hyapea, ὑαπεια, urbs Phocidis, ab Hyapo: civis Hyapeus.

¶ Hyas, adis, ὑας, ἄδης: signum in fronte tauri, quod ortu suo pluvias efficit; unde stellæ hyades dicuntur, δησ τὸς ιτης, quas Latinis sueulas appellantur. Ver. Dict. Quælibet stella illius signi potest dici hyas. ||

Hyæs, antis, ὑας. Atlantis filius ex Æthra uxore, qui cum adhuc puer venationibus se exercebat, à leone devoratus est. Huic fuerunt sores septem à patris nomine Atlantides dictæ, quæ cum fratris desiderio extabescent, deorum miseratione in septem stellas conversæ sunt: quarum pietas ne ullo temporis intervallo oblitioretur, à fratris nomine Hyades appellatae sunt. Vide Ovid. lib. 5. Fast. ¶ Fuit & Hyas Bœotiae rex, à quo Bœoti aliquando Hyantes fuerunt nominati. Author Strab. lib. 7.

Hyasis, ὑασις, urbs Libyæ, quæ & Oasis: unde Hyasites, vel Oasites. Steph. Vide Oasis.

Hyba, vel Hybadæ, ὑαβα, ὑαβαδη. Vicus in tribu Leontide. Steph.

Hybändæ, ὑαβαδη, olim insula fuit Ionia, postea mari recessu continenti annexa. Author Plin. lib. 2. cap. 89.

Hyperes, ὑαβερι, & **hyberia**, quæ hic ut perperam scripta, sic alieno loco inserta erant. Vide Iberes, Iberi, & Ibera.

Hybele, ὑαβελη, urbs juxta Carthaginem. Gentile Hybelites.

Hybernæ, ὑαβερι, vulgo **Irelandia**. Insula inter Septentrionem & Occidentem solem, dimidio minor quam Britannia, cui propinquia est. Ab hyerno tempore (ut quidam putant) sic appellata propter hyemis magnitudinem. Hinc

Hybernæcūs, a. um: ut, Mare hybernicum. Claudianus hanc insulam vocavit hybernem in 7. Paneg.

Scotorum cumulos flevit glacialis Hyberne.

Hybernæs, a. um, quod est hyemis, hyemalis, brumalis. { Χειμωνίς. GALL. D'hyver. ITAL. Invernale, d'inverno. GERM. Winterlich das des winters ist. HISp. Cosa de invierno. ANGL. Of winter. } ut, Hyberna glacies: quod nomen ab Hyeme deduci, aspiratio indicio est. Plin. lib. 8. cap. 47. Multi hybernos agnos preferunt vernis. Soles hyberni. Virg. 2. Georg.

Quæ tantum Oceano properent se tingere soles

Hyberni: vel qua tardis mora noctibus obstet.

Suet. in Calig. cap. 8. Apud hybernas legiones. Idem August. cap. 82. Solis patiens ne hyberni quidem. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 5. Credo te eibere potesse quatuor fructus massici montis in uba hora. P. S. Hyberna addito. Tibull. lib. 4.

Seu celo (Sol) hybernas properat decurrere luce.

Item,

Adversis hyberna licet tumeant freta ventis.

Hybernæ, orum, numero plurali, dicuntur loca in quibus milites

hyeme, sicut Æstiva, in quibus æstivo tempore commotabat. { Χειμωνίς. GALL. Le lieu où on se retire l'hyver, où on hyverne, quartier d'hyver. ITAL. Luoghi dove inverno i soldati. GERM. Winterslager. HISp. Lugar para invernar. ANGL. Winterring places for soldiers. } Cæsar, Post haec legionibus in hyberna deducit, in Italiam proiectus est. Cic. ad Catonem, Exercitum in hyberna dimisit. Cæsar lib. 1. de bell. civ. Frumenta in hybernis erant. Tacit. lib. 1. Fitmentum quod ex hybernis extulerat.

Hybernæculæ, orum: Castra hyberna. { τὰ καστρά της χώρας. GALL. Le lieu où on se retire l'hyver. ITAL. Luoghi da invernar. GERM. Denen man im winter ist umb zu wohnen als in den stuben. HISp. Lagar para invernar. ANGL. Winterring places for soldiers. } Liv. lib. 5. ab Vrb. Hybernacula etiam, res nova militi Romano aedificatae. Tacit. Cohortes, alæque novis hybernaculis locatae. Livius lib. 10. dec. 4.

Hybernia, as: hyemo, hyemem ago, stationem hyberno tempore in aliquo loco habeo. { ηγη εχαράφ. Διέχεισθαι. GALL. Hyverner, passer l'hyver en quelque lieu. ITAL. Invernar. GERM. Winterslager haben/sich im winter halten. HIS. Inviernar è tener el invierno. } Liv. lib. 7. ab Vrb. Quia procul ab domo, ac rebus suis hybernassent. Cic. pro lege Manilia, Jam vero quemadmodum milites hybernent, quotidie sermones ac literæ perferuntur. Livius lib. 10. ab Vrb. Hybernatum ducere. ¶ Dicitur etiam de mari & navibus, aliisque rebus, quæ hycme quæ escunt. Pers. Satyr. 6.

— mihi nunc Ligus ora

Intepet, hybernatus meum mare, quæ latus ingens

Dant scopuli, & multa littus se valle receptat.

Hyblæ, vel Hyble, es, ὑαβλη. Civitas Siciliæ, circa quam est thymè salicum copia, ab Hyblone Rege ita dicta, Megara appellata postea. Hanc Strabo à Dorensibus conditam scripsit. ¶ Est etiam hujus nominis mons dictæ urbi proximus, thymo abundans: unde apes præstæ mel optimum conficiunt. Mart.

Quam dederis Siculis media de collibus Hybla.

Cecropios dicas tu licet esse favos.

Hyblæs, a. um, ὑαβλæ: ut, Apes hyblæ, quæ in Hybla monte paluntur. Virg. 1. Eleg.

Hyblæs apibus florem depastæ satiti.

Hyblon, i. ὑαβλος. Siciliæ regulus, qui Hyblæ civitati nomen fecit, quæ postea Megara dicta est. Author Stephan.

Hybreas, ὑαβριας. Insignis Orat or ex Mylae Caria urbe: cui quæpater nihil præter mulum lignarium & mulionem reliquisset, illorum opera aliquandiu nutritus, Dlorophi Sophistæ operam dedit: postea ad Reipublicæ gubernacula convertitus, proximam Bodrandeo authoritatem obtinuit: quem quum patriæ quidem suis tyrannidem exercete, sed tamen multis utilitatibus incommoda penite rideat, fettur in concione dixisse, Euthydame malum es civitis per necessarium. Nam nec tecum vivere possumus, nec sine te. Ne quum Labienus Parthorum auxiliis instrutus, in Asiam irupisset, adolescentulūque quandam jactantem audiret, se Parthicum Imperatorem esse: At ego, inquit, Caricus. Quo ejus dicto irritatus Labenus, impetum in urbem fecit, eaque cepta magnificas Hybreas directæ (nam ipsæ fuga se Rhodum subtraxerat) urbemque ipsam nūnis incendiisque deformavit: verum quum ille Asiam reliquisset, reversus Hybreas, ædes suas, urbemque reparavit. Ex Strab. lib. 14.

Hybi's, idos, vel Hybrida, æ: Propriè dicitur sus imparibus progeni patentibus, hoc est, altero fero, & altero domestico: quæ tamen appellatio etiam aliis animalibus convenit, teste Porphyrius, quo adeò ipsis hominibus, imparibus editis parentibus. { ANG. A mongrell, which is engendred betweene two of diverse indes. } Plin. lib. 8. cap. 53. In nullo genere æquæ facilis mistura cum fero: qualiter natos antiqui hybridas vocabant, seu semiferos: ab homines quoque, ut in Cn. Antonium Ciceronis in Consulatu collegam, appellatione translata. Appellatio videtur tracta à Græco nomine ὑαβριας, quod inter cætera significat adulterium. Videtur enim esse quedam quasi adulterii species, quam aliquod animal cum alterius generis animali habet consuetudinem. Suet. in Augusto, Themistium quandam Epicardum vocat hybridam, quod natus esset ex parte Parthico, & matre Romana.

Hybris, ὑαβρια. Avis ex accipitrum genere, quæ interdiu minus apparet, quia non clare videt, sed nocte venatur more aquilæ: cum aquila adeò acriter pugnat, ut saepius ambæ implexæ deferantur in terram.

¶ **Hycca**, ὑακκη, pisces.

Hycaron, ὑακρος τι, vel ὑακρη τι. Oppidum Siciliæ, ubi Laïdem metrictem natam aiunt. Gentile, Hycarcus: possessivum Hycaticus. Stephan. ¶

Hyda, æ, sive Hyde, es, ὑδη. Oppidum Lydiæ, sub Tmolo monte situm, cuius meminit Hom. in Catalogo. Sunt qui idem esse putent cum Sardibus. Vide Strab. lib. 13.

Hydæca, ὑδακη. Indiae populi, qui adversus Liberum patrem pugnarunt. Steph.

Hydænes, ὑδακη. Euit nobilis Persa, qui teste Herod. lib. 3. cum Dario in Smerdim Magum conjuravit. Vide Strab. lib. 11.

Hydaspes, ὑδασπη, fluvius Indiæ, qui per Parthos & Medos fluens, in Indiani extenditur, Nyssamque urbem alluens, Indo flumini miscetur. { Ein fluss Indiae. } Alii non in Indum, sed in mare labi tradunt. Lucan. lib. 6.

Quæ rapidus Ganges, qui Nyssus Hydaspes. Dicitus ab Hydaspe antiquissimo Medorum rege.

Hydæros, ὑδαρη. Aqua subter cutem, quam & Hydropon Græci appellant, utroque nomine, δησ τὸς οὐδαρης, hoc est, ab aqua deducto.

Hydissus, ὑδασση. Cariæ oppidum, ita dictum ab Hydisso filio Bellerophonis, & Asterix filiæ Hydei, teste Steph. Hujus incola dicuntur Hydissenses, δησσης, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 29.

¶ **Hydot**, ὑδη, ὑδη, est aqua, ab ὕδω pluo. Inde oriuntur quedam, quæ ab hydro, & sequente vocali ab hydr incipiunt. ¶

Hydræ, æ. { ὑδη. ANGL. A water adder. } Serpens in aquis vivens: de quo vide plura in dictione Hydrus. ¶ Est & Hydra promontorium Æolidis, quod Hermatunti alteri promontorio adversum, Elaticum

Elaiticum sinum efficit. Author Strab. lib. 13. ¶ Item Aetoliæ oppidam, quod postea Lysimachiam appellarunt: teste eodem Strab. lib. 10. ¶ Est præterea hujus nominis insula juxta Carthaginem, ut ex Ephori sententia tradit Steph.

Hydrigōgus, ὑδριγόγος. Qui aquas ducit, aquæ ductor, πηγὴ τὸ ὕδωρ τὸ θεῖον. Unde & hydragogiae dicuntur ipsæ aquarum deductiones.

Hydriargyrum. { ὑδραργυρός. GALL. Vif argent, mercurie. ITAL. Argento vivo, mercurio. GER. Quecksylber. HISP. El azogue. ANGL. Quicksilver. } Genus est metalli liquidi, argenteum colorem, liquida & verò consistentia aquam referens: unde & nomen accepit. Latini argentum vivum appellant: argentum quidem à colore: vivum autem à motu. Aristoteles ἀργυρός χρώματος, hoc est, fusile, seu liquidum argentum vocat. Hujus duæ sunt species: nativum, sive fossitium: & factitium, quod ex minio excoquitur: quod solum Galeno fuit cognitum. Dioscorides utriusque meminit. Plin. lib. 33. cap. 3. argentum vivum ab hydrargyro videtur distinguere, quem ait: Es inaurati argento vivo, aut certè hydrargyro, legitimum erat. Sed ea controveilia facile potest tolli, modò intelligamus Plin. illic, quod nativum, sive fossile esse diximus, argentum vivum: quod ex minio excoquitur, hydrargyrum appellare. Utraque species pestilentem exhalat odorem, aurāque planè exhalalem.

Hydramia, ὑδραιαί, urbs Cretæ: cives Hydramici. Steph.

Hydraula, a. Sueton. in Neron. cap. 54. Hydraulam & choraulam præbere, &c.

Hydraūlos, masc. gen. { ὑδραύλος. ANGL. A patre of organe. } Musicum organum, aquæ decursu sonum reddens. Plin. lib. 9. cap. 1. Delphinus non tantum hominis amicum animal, verùm musica arte mulcetur, symphoniae cantu, & præcipue hydraulico sono.

Hydraulicus, a. um. { ὑδραυλικός. ANGL. Belonging to organe. } ut, Hydraulic organum. Plin. lib. 6. cap. 37. Laudatur Crescibus, pneumatica oratione, & hydraulicis organis repertis. Sueton. in Neron. cap. 41.

Hydrea, ὑδρία, insula juxta Træzenem. Gentile, Hydreates. Steph.

Hydrela, ὑδρία, in Caria est. Gentile, Hydrelicus. Steph.

Hydræcum, ὑδρίασσος. Oleum aquæ commixtum, humectandi, molliendi & penetrandi vim habens, ut author Gal. lib. 3. simpl.

Hydræ. Urna, vas aquarium. { τὸ καθάριον. GALL. Cruche à porteur eau. ITAL. Urna d'acqua. GER. Ein wasserkrug. HISP. Tinaja à vase para tener agua. ANGL. A pitcher or potte for water. } Cic. 4. Verr. Dicebat scyphorum paria compluria, hydriæ argenteas, pretiosam vestem, stragulam, multa mancipia pretiosa Verræ data esse. Ibidem. Quum in hydriam sortes conjicerentur.

Hydrocœlē. { ὑδροκέλη. ANGL. A bursting when water falleth in to the coddes. } Hernia aquosa, quam scilicet aqua in scroto colligitur. Mart. lib. 12.

Quem cuncti modo coleat timebant
Dicentem tumidas in hydrocelas.

Inde hydrocelicus, ὑδροκέλης, qui hydrocele laborat. Vide in dictione Hernia.

Hydrocephalos, ὑδροκέφαλος. Dolor capitis, nascens ex humore intercutem & pericranium, aut certè inter hoc & cranium collecto. Vide Celsus lib. 4. cap. 2.

Hydrochœüs, ὑδροχœüs. Signum celeste, quod Latinè Aquarium dicimus, πηγὴ τὸ καθάριον τὸ ὕδωρ, hoc est, ab aqua fundenda dictus. { Der wassertrank. } Nam qui Astrologiam Poëticam scriperunt, putant hunc fuisse Ganymedem Troianum puerum, Jovis j. filii ab aquila raptum, & in mensa deorum miscendæ nectari aquæ præpositum.

Hydrogaram, garam ex aqua. Lampridius in Heliodabalo, Hydrogram Romanorum ducum primus publicè exhibuit.

Hydrographia, aquæ descriptio.]

Hydrolapathum, ὑδρολαπάθος. Lapathi genus, quod in aqua nascitur. Plinius lib. 20. cap. 22. Sunt qui hydrolapathon tradunt in aqua natum.

Hydromantla, ὑδρομαντία. Divinatio quæ sit per aquam. August. lib. 7. de Civit. scribir Numam Pompilium hydromantiam fecisse, ut videt imagines deorum, vel Iudicationes dæmonum, à quibus audiret quid in sacris constituere atque obseruare deberet. Quod genus divinationis Varro à Persis dixit illatum, quo & ipsum Numam, & Pythagoram Philosophum fuisse usum commemorat.

Hydromeli, { ὑδρόμελον. ANGL. Meade or methegline made of water and honye sodden together. } Aquæ mulsæ genus, ex imbre purissimo, & melle temperatum, & jam verustate vini saporem referens. Nam quod recens est, & ad præsentem usum confectum, melicerat potius nominatur. Plin. lib. 31. cap. 6. Hydromeli quoque ex imbre pu-
to cum melle temperabatur quondam, quod daretur appetentibus vi-
num regis. Vide Marcellum Virg. in Dioscor. lib. 5. cap. 9.

Hydromelon, ὑδρόμελον. Liquoris genus ex melimelitis portione una, & duabus aquæ confectum, insolatis simul per Canis ottum. Diosc. lib. 5. cap. 21.

Hydromphalos, ὑδρομφαλος. Torpidi humoris in umbilico collectio.

Hydromyia, ὑδρομύia, mola quæ vi aquæ rotatur.

Hydromytes, qui aquæ lustrali in vestibulo templi præfectus ineuntes aspergebat. Buleng.]

Hydrophantia, ὑδροφάντης, qui aquarum scaturigines perquirit, sive irrigandis agris, sive potus causa. Hinc Hydrophantia, & aquæ inquisitio: quo vocabulo usus est is, qui de re rustica ad Constantiū Cæsarem scipit, lib. 1. cap. 5. Alciat. lib. 11. παραγέων, cap. 4.

Hydrophobia, ὑδροφοβία, quam Latinè interpretari possumus, Aquæ fugam: morbi genus, quum æger supra modum aquam expavescit: quod accidere solet iis, qui à rabido cane fuerunt morbi. Hoc morbi genus attigit Ovid. de remed. amoris,

Tollere nodosam noscit medicina podagram:

Nec formidatis auxiliatur aquis.

Hinc hydrophobi, ὑδροφοβος, dicti ægri, qui aquam expavescunt, hoc est, quos canis rabidus momordit. πηγὴ τὸ φοεῖται τὸ ὕδωρ. Plin. lib. 19. cap. 5. Est limus salivæ sub lingua rabiosi canis, qui datus in potu, fieri hydrophobos non patitur. Cornelius Celsus lib. 6. c. 27. genus morbi esse dicit, in quo simul æger & siti, & aquæ metu cru-

ciatur. Alij mutata una litera Hydrophobiam vocant, quod omnem liquorem meruat. Alii Cynolition, veluti ex rabi cauina morbum conceptum. Qui hoc morbo laborant, vocantur à Plin. lib. 24. cap. 5. Hydrophobi: ab aliis Phovodiphi, quod cum timore sicut. Polybius Pheugydros vocat, quod aquam fugiant. Aurelianus Aquifugas. Tertull. in lib. de Rsp. Lymphatos vocat, quos aquæ necaverunt, aut formidine, vel metu exercuerunt.

Hydrophobus, qui aquam timet.

Hydrophorus, ὑδρόφορος, aquarius, aquæ pottator.

Hydrophylaces, aquarii, aquarum custodes, & aquæductuum. Sterech.]

Hydropiper, ὑδρόπιπερ. Herba circa stagnantes aquas, aut quæ pigro lapsu fluunt nascens, caule geniculato, robusto, multis aliis concavos foliis menthae majoribus, candidioribus, tenuioribusque, gultu piperis amaro. Fructum gerit acrem in ramulis secundum folia, continent acinorum serie congestum, ovæ modo. Dictum hydroppiper, teste Galeno, à piperis sapore, & locis aquosis, in quibz nascitur, quasi piper aquatile. Ruellius eam esse existimat, quam vulgus herbariorum fallio nomine Eupatorium appellat.

Hydropotēs: Aquæ potator, qui aquam bibit. { hydroptome. GALL. Boyl'eau, beveur d'eau. ITAL. Bevitore d'acqua. GER. Ein wassersucher. trincter. HISP. Bevedor de agua. ANGL. A drinker of water. } Cyrus apud Xenophontem, monet suos, ut consuecant aquam bibere, ut hydropotæ.

Hydrops, is, generis masculini. { ὑδρόψ. GALL. Hydropsie. ITAL. Hydropsia. GER. Die wassersucht. HISP. Hydropsia, enfermedad de humor aguoso. ANGL. The dropsey. } Morbum significat, qui Latinè dicitur aqua intercus, quod sub cute aqua nascatur, qua corpore turgescit. Horat. 2. lib. 1. Carm.

Crescit indulgens sibi dirus hydrops:
Nec sicut pellit, nisi causa mortis
Fugerit venis, & aquosus albo
Corpore languor.

Hujus tria sunt genera: Tympanites, nomen habens à tympano instrumento musicō, quum corpus spiritu magis, quam aqua distendit, pulsatumque tympani tonum reddit: Ascites, τύμπανον, hoc est, ab utre, quum alimenta in aquam convertuntur, quæ inter intestina & tunicam, quam peritonæon vocant, velut in utrem colligitur: Tertium genus omnium peticulissimum, & penè incurabile vocant leucophlegmatiam, vel hyposalica, qua solidæ corporis partes in aquam resoluuntur, adeò ut corpus pallidum reddatur, & cadaveris simile. Vide Celsus lib. 3. cap. 21. ¶ Ab hydrops fit hydropticus. { ὑδροπηγος. GALL. Hydroptique. ITAL. Hydroptico. HISP. Enfermo de hydropsia. } Qui hydrope laborat. Horat. 1. Epist. 2.

Si notes sanus, cures hydropticus.

Hydroptis, is, ὑδρόπτης, idem quod hydrops, hoc est, aqua intercus. Plin. lib. 20. cap. 2. Sic & contra phthiritias inibit, & hydroptises.

Hydrosēnum, ὑδροσένον. Apium palustre, quod & eleoiclinum appellatur.

Hydropterocœlē, ὑδροποτεροκέλη. Hernia genus, quam & intestinum in serotum delabitur, & aqua ibidem colligitur.

Hydruntum, i. ὑδρος, vulgo Ostranto. Oppidum extreum agri Salentini, apud Plin. lib. 3. cap. 11. quod à Stephan. & Strab. Hydrus appellatur.

Hydrus, & Hydra. { ὑδρα, τὸ ὑδρα. GERM. Ein wasserschlange. ANGL. A water serpent. } Genus anguim in aqua degentium, quorum hydrus mas, hydra femina. Plin. lib. 19. cap. 4. In orbe terratum pulcherum anguim genus est, quod in aqua vivit, hydra vocantur, nullis serpentium inferiores veneno. Elianus lib. 9. author est, in Cottyra hydras procreari, quæ se retrosum ad insequentes retorquent: & gravem odorem exhalantes, insectatores reprimunt. Magis varius, quam hydra: περιστερος ὑδρα. De callidis ac dolosis, quod hydras serpens sit versicoloribus norulis distincta. Aptæ dicuntur in vafros ac versipelles, aut etiam parum sibi constantes. ¶ Hydras fixerunt poëtæ esse multorum capitum in Lerna palude: quorum aliquot excisis, totidem continuò renascebantur: quæ tandem ab Hercule & sagittis & igne imperfecta fuit. ¶ Hydras secare, ὑδρα τετραπτηρις, est ita unum aliquod incommode tollere, ut in ejus locum alia plura recipias. Accommodari poterit ad eos, qui litibus involvuntur nunquam finiendis.

Hydrus, untis, vide supra Hydruntum.

Hydrus, ὑδρος. Duarum insularum nomen in mari Ägæo, quarum altera notiore nomine Andros, Andro: altera, Ceos appellatur. Hydrus ab aquarum ubertate appellatur. Utriusque meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Hyēlē, ἡλια. Oppidum Lucaniæ, juxta Palinurum promontorium, à Phocensis conditum, teste Herod. lib. 1. postea Elea, deinde Hellia, & postremò Velia appellata. Vide Strab. lib. 6.

Hyēms, is. Pars anni frigidissima, media inter Autumnum & Ver. { ἡρός
χορεψ, τὸ σεθαύ. GALL. Hyver. ITAL. Inverno, inverna-
ta. GER. Der winter. HISP. El invierno. ANGL. Winter. } Sueton. in Ces. cap. 35. Hyeme anni. Virg. 1. Georg.

hyemes optate serenas

Agricola.

Νῶν τὸ ἡλια, pluo: quod id tempus anni pluviosum sit. Varr. ab hiando derivat, quod anima quæ à nobis efflitur, tum appareat. Spiritus enim noster quum spiramus hyeme, quasi in nebulam concretus cernitur. Ovid. Eleg. 10. lib. 3. Trist.

At cum tristis hyems squalentia protulit ora,

¶ Pro glacie, ibid.

Tum neque se pandi possunt Delphines in auras,

Tollere conantes dura coercet hyems.

¶ Interdum accipitur pro tempestate, procella, sive ventorum impe-
tu. Idem Eleg. 10. lib. 1. Trist.

Improb a pugnat hyems.

¶ Hyems pto anno: ut, Sexta hyems, id est, sextus annus. Martial. lib. 5. cap. 38.

Sextam peregit hyemem jam, nec tamen totam.

¶ Hyeme, pto in hyeme. Cic. 1. de divin. Campos & montes hyeme

& æstate peragantes. ¶ Hyeme Gallica frigidior. Petronius Arbiter, Ego autem frigidior hyeme Gallica factus, nullum potui verbum emittere.

Hymē, as, are : Hyemem perago, stationem hybernā aliquo in loco habeo, hyberno. { ἡμένη εὐαράπλη παραχειμών. GALL. Hyvernē, passer son hyver. ITAL. Invernare. GERM. Wintern das winterlager halten im winterwohnen. HISP. Inviernar à tener invierno. ANGL. To winter, to lodge rest, or mak abode in winter tyme. } Cæs. I. bell. Gall. Duásque ibi legiones conscribit, & tres, quæ circum Aquileiam hyemabant, ex hybernis educit. Cicer. pro Font. Cn. Pompeius maximus atque ornatissimus hyemavit in Gallia, M. Fonteio impe- rante. Horat. I. Epist. 17.

— medius hyemet mercator in undis.

Hyemare, pro Hyemis incommoda perfette, dixit Sueton. in Aug. cap. 72. ¶ Hyemare item in tertii duntaxat personis, interdum verbum est ex iis, quæ Grammatici exceptæ actionis appellant, quorum actio soli Deo, vel naturæ convenit: cuiusmodi sunt, pluit, ningit, & similia: quæ interdum sola ponuntur sine nominativo, qui facilè in iis intelligitur: interdum eundem habent expressum. Sic ali- quando dicimus hyemat, absolutè, ξεμέζα, id est, hyems viget, vel frigus vchemens est. Colum. lib. 11. cap. 2. Quinto Calendas No- ventibris Vergiliæ occidunt, hyematis cum frigore & gelicidiis. Inter- dum expresso nominativo Deus, natura, ventus, sydus, vel dies hy- mat. Plin. lib. 18. cap. 28. Delphini vespertini occasu continui dies hyemant. Colum. lib. 11. cap. 2. Auster, aut Africus hyematis. ¶ Hyemare interdum pro affligi incommodo hyemis, quam vocem in Salust. notavit Sueton. in August. cap. 2. Assidueque in urbe hyc- maret.

Hyemātio, nis : Hyemis traductio. { παραχειμωσία. GALL. Hyvernage, quand on passe l'hyver. ITAL. Il passare l'inverno. GERM. Winterung, ethaltung über den winter. HISP. Obra de inviernar. ANGL. A wintering. } Varr. 3. de re rust. cap. 16. Ut ne plus tertia pars eximatur mellis, reliquum hyemationi relinquatur.

Hyematus, a, um : Particip. ξεμεζατος. Plin. lib. 9. cap. 22. Autumnali sidere, ut palam est, hyemato lacu, fluctibus glomeratae volvuntur mirabili multitudine.

Hyemalis, e : Hybernus, ut hyemalis dies. { ξεμεζατος. GALL. D'hy- ver. ITAL. Invernale, cosa de inverno. GERM. Winterlich. HISP. Co- sa del invierno. ANGL. A winterly, belonging to winter. } Col. lib. 11. cap. 1. Hyemalis vis. Cicer. s. Tusc. In ea tamen gente primū hi qui sapientes habentur, nudi ætatem agunt. Caucasi nives hyema- lēisque vim perforant sine dolore. Hyemalis navigatio, & minimè portuosa, apud eundem in Epist. famil.

Hyetus, vide Hierus.

Hyettus, οὐρῆτος, vicus Boeotiarum, quem nonnulli Aspledonem nominant: ab Hyetto quadam Argivo nomen habens, sive (ut aliis placet) ab eo quod jugibus rigetur pluvii. Vide Steph.

Hygālsus, οὐρῆτος, Catiae civitas, apud Steph. à qua campus vicinus Hygassus appellatur.

Hygrieis, οὐρῆτος. Sarmatiæ Europæ oppidum, inter Lycum & Potitum fluvios. Vide Ptol. tabul. 8. Europa.

Hygiemplastrā, οὐρῆτος. Liquida emplastra: sicut xeria, ξέρα, quæ sunt arida. Ex Galeno. Utitur & Plin. lib. 34. cap. 15. Præcipua ra- men commendatio ejus in hygiemplastro ad purganda vulnera fistu- lásque.

Hylāctōr, οὐλάκτος, nomen unius ex canibus Acteonis: δός οὐλάκτος, hoc est, à latrando. Ovid. 3. Metam.

— & acuta vocis Hylactor.

Hylāxā, οὐλάκτος. Sarmatiæ regio sylvosa, non procul à loco, quem Achil- lis cursum nominant: à qua vicuum maius Hylaxum appellatum est. Vide Herod. lib. 3.

Hylāxus, οὐλάκτος. Centauri nomen, à sylvis deductum. Virg. 8. Æneid.

— tu nubigenas in viuile bimembres,

Hylaúmque Pholúmque manu, tu Cressia mactas
Prodigia.

Hylās, οὐλάκτος. Filius fuit Theodamantis, quem Hercules rapuit. Quum enim ex Calydonia occiso Oenei pincerna fugeret, venissetque cum Deianira & Hyla filio ad Dryopes, & esuriens puto quum Ly- chas pædagogus abesset, à Theodamante aliquid cibi postulasset, ille autem denegasset, arreptum unum ex bobus Theodamantis ma- etavit, atque coxit. Quam ob rem Theodamas, convocatis popula- ribus, arma adversus Herculem movit: & quanvis in ea pugna fe- rē oppressus fuerit Hercules, tamen victoriam obtinuit, & occiso Theodamante, Hylam filium ejus secum abduxit, quem postea uni- cè dilexit, secumque cum reliquis Argonautis Colchos navigans duxit. Verum quum inter remigandum Hercules remū suum fre- gisset, una cum Hyla navi egressus est, ut alium in Myliæ sylvis quæquereret. Invalecente autem æstu, quum siti premeretur, Hylam cum urna mittit ad Ascantium fluvium, ut inde sibi aquam afferret. Verum quum ripa altior esset, quam ut stans haurire posset, procum- bens in pectus Hylas urnam è manibus amittit: quam quum subito recipere conaretur, pondere ejus demersus est. Quæ res poëticæ oc- casionem præbuit fabulandi, Hylam à Nymphis fuisse raptum. Her- culæ autem quum Hylas nusquam compareret, casum ejus tam ægrè tulit, ut relictis Argonautis, Myliam totam obertans, Hylam quæ- retet. Juvenal. Sat. 1.

Et multum quesitus Hylas, urnamque sequutus.

Unde locus factus proverbio, Hylam inclamas, οὐλα κλαζάτεις, de frustra vociferantibus, aut in genere, de nihil proficienibus.

Hylatæ, οὐλάκτος. Populi Syriæ Cœles, apud Plin. lib. 5. cap. 23.

Hylāx, auctos, οὐλάκτος. Nomen canis, δός οὐλάκτος, hoc est, à latrando.

Hyle, οὐλάκτος, quod humida, ab οὐλα. Deinde est materia, quia suppe- ditat materiam, h.c. ligoa. Est etiam lignum οὐλα, unde possit duci. GERM. holtz. //

Hyllarima, οὐλαζάτης. Oppidum Carie supra Thestrotoniam, patria Hieroclis ex athleta philosophi. Civis Hyllarimæus. Steph.

Hyllēstæ, οὐλαζάτης. Paros, una Cycladum olim vocabatur. Est etiam Zacynthi epitheton. Steph.

Hyllala, οὐλαζάτης, vicus Carie, ubi Hyllus interiit, cum templo Apollinis. Alla apud Carens equum significat. Steph. Alias Hyllaea. Hyllüs, οὐλαζάτης. Suidæ. Filius fuit Herculis ex Melita Ægæi fluminis filia: à quo Hyllenses populos, & Hyllicum portum denominatum tradunt. ¶ Hylus, simplici 1, alias fuit filius Herculis ex Dejanira, qui Iolen, patre mortuo, uxorem duxit, ut ait Ovid. lib. 9. Metam. Hic postea cum cæteris fratribus, qui ex Hercule superstites fuerunt, ab Eurytis heo pulsus, Athenas confugit, ibique Misericordiz, vel Clementiaz templum condidit, quod & accepti ab Atheniensibus beneficii testimonium, & misericordia in posterum asylum efficit, & perfugium. Seneca in Hercul. O Etæ.

Si vera pietas Hyle quarenda est tibi,

Iam perime matrem.

¶ Hyllus item Straboni lib. 3. fluvius est Lydiae, in Hetum insluens, qui postea Phrygius appellatus est.

Hylō, οὐλαζάτης. Mulier ex genere Centaurorum, Cyllati Ce- tauri uxor, quæ mortuo marito gladio suo incubuit.

Hylüs, οὐλαζάτης. Filius Herculis ex Deianira: de quo copiosius egimus in dictione *Hylus*.

Hymari & **Ætnæ** filius Gelon. Steph. in γίλα.

Hymēr, vide *Imber*.

Hymēn, οὐλαζάτης. A veteribus accipiebatur pro tenui membrana, quæ feminis tanquam virginitatis claustrum est: eam autem primo coitu rupti putaverunt: quanquam inter rei Anatomicæ peritos sat constat, in virginum dissectionibus pelliculam ejusmodi rotò inveniri.

Hymēn, pro Deo nuptiarum præside, qui & Hymenæus, & conjunctis dictiōibus Hymen Hymenæus dicitur. Catullus in Epithalamia, Hymen, οὐλαζάτης Hymen, Hymen οὐλαζάτης.

Hymēnæus, οὐλαζάτης. Deus nuptiarum putatus est, δός οὐλαζάτης, hoc est, à membrana, quæ claustrum virginitatis esse, & primo coitu rupti putabatur. Hic Veneris & Liberi filius dictus est, vel (u quidam aiunt) ex Urania progenitus, qui primus cerras nuptias instituerit. Alii putant Hymenæum virum Atticum fuisse, qui raptæ latronibus virgines, parentibus iotaetas restituit: ideoque hanc rationem nuptiale factum apud Græcos, quemadmodum Romani in nuptiis virginibus Thalassii nomen invocabant. Alii dicunt hymenæum fuisse quendam juvenem, qui die nuptiarum ruina oppedita interiit. Unde postea institutum, ut expiationis gratiâ nominaretur in nuptiis. Sunt etiam qui putent Hymenom ipsum in virginibus nuptiis cantari solitum, vocati hymenæum. Terent. in Adelph. Hoc mihi in mora est, Tibicina, & hymenæum qui cantent: ubi Donatus: Sic accipe, inquit, hymenæum in nuptiis, quemadmodum tibi in funere, vel in sarcis hymnum. ¶ Accipitur etiam pro ipsis nuptiis. Catull. de com. Beren.

Qua rex tempestate novis auētus Hymenæis.

Virg. I. Æneid.

Pergama quum peteret, inconfessosque hymenæos.

Hymeta, vide *Himera*.

Hymētius, οὐλαζάτης. Stephano & Suidæ, per duplex rr. Mons Antæ clarissimus, semper florens, cujus mel Plin. scribit esse pretiosissimum. Mart. lib. 14.

Hoc tibi Thesei populatrix misit Hymetti

Pallados à sylvis nobile nectar apis.

Hymēttius, a, um: adjct. οὐλαζάτης Stephano, quod est ex Hymeti monte. Plinii lib. 36. cap. 3. Lucius Crassus orator, primus peregrini marioris columnas habuit Hymettias. Erant autem columnæ Hymetto monte excisæ; nam ex hoc monte pulcherrimum marmore effodiiebatur.

HMNUS, cantus in laudem alicujus. { τόπον ζιμράθ. mīmī. οὐλαζάτης. GALL. Cantique, ode, chanson, vers à la louange de quelqu'un. ITAL. Hanno, laude, canzone. GERM. Ein lob oder lobgesang. HISP. Loor y alabanza que se canta à Dios. ANGL. An hymne made to the praise of a god. } Mart. lib. 12.

Innotuit puerum fateatur hymnus.

Hymnifér, adjct. οὐλαζάτης, οὐλαζάτης, οὐλαζάτης. GALL. Qui portat odes, chansons, & loüanges: lyrique. ITAL. Che porta laude, canzane. GERM. Der lobgesang furt oder übt. HISP. El que trae loor è alabarça. ANGL. That bringeth hymnes. { ut, Vultus Orphi hymnifi. Ovidius 11. Metam.

Hypo, οὐλαζάτης, urbs Marianorum (forte Marianorum.) Gentile, Hypo- peus, enus, ites. Vestiti sunt ut Paphlagones. Steph.

Hyops, οὐλαζάτης, uibis in Iberia Cherronesi, non procul à Lesiro fluvio. Itæ Hyopus. Steph.

Hyōscyāmūs. { οὐλαζάτης. GALL. Du hanebane ou jusquame. ITAL. Dente cavallino, disturbio. GERM. Balsamkraut. HISP. Veleno. ANGL. Henbane bearbe. } Herba, quam Lætini Apollinarē appellant. Vulgo fabam porcinam vocat, vel jusquiamum. Col. lib. 7. Est οὐλαζάτης, cujus semen detritum, & cum vino datum, prædicto vitio medetur. Plin. lib. 20. cap. 27. Colligitur succus ejus, ut hyoscyami.

Hyoscyamīnūs, a, um, οὐλαζάτης. Quod est ex hyoscyamo: ut, Oleum hyoscyaminum, quod ex hyoscyamo decoquitur. Plin. lib. 23. c. 15.

Hyōsītīs, οὐλαζάτης. Herba est intubo similis, sed minor, & tactu asperior: quæ vulneribus contusa præclarè medetur. Plin. lib. 27. cap. 10.

Hypacaris. Scythia fluvius.

Hypæa, οὐλαζάτης. Massiliensem insula, una Stæchadum. Author Plinii lib. 3. cap. 5.

Hypælochii, οὐλαζάτης, gens Molossica. Steph.

Hypæpæ, arum, οὐλαζάτης Stephano & Straboni, Lydiae oppidum, quod occurrit à Timolo monte ad Caystri campestria iter facienti. Nomen ei est (ut inquit Stephanus) quoniam sub Æpo monte situm est. Veneri sacrum est, eo quod pulchrae fœminæ ibi visantur. Ovidius in Arachne,

Orta domo parva, parvis habitabat Hypæpæ.

Hypæthiā, οὐλαζάτης, sive hypæthria, οὐλαζάτης, testa Budæo. { Ares. Places open above not covered over. GALL. Terrasse, lieu découvert. ITAL. Belvedere. } de quo fit mentio in l. malum 242. ff. de verb. fig. Loca sunt aperta, quæ sub æthere constituta, quæ Latinæ subdialectæ vocantur

vocare possumus, quod sub dio, hoc est, sub Jove, & sine teōto sicut: vide Budæi Annotationes in Pandectas.

Hypagōgēs, ὑπαγόγης. Instrumentum quo lapides expoliuntur.

Hypagum. Nonnulli credunt esse nauticum instrumentum, adducti, ut opinor, manca & depravata Plinii lectio, quam ex lib. 7. cap. 56. adducunt ad hunc modum: Vulum Icarus, malum & antennam Dædalus, hypagum Salamini, aut Pericles Atheniensis. Ex quo loco, atque ex iis quæ præcesserant de antennis & velis, conjecturam fecerunt, hypagum etiam esse instrumentum nauticum. Sed isti profectō si paulo ulterius progressi essent, legendo hypagum, sive potius hippagum (ut nos legendū docebimus) navis genus esse, non instrumentum nauticum, animadvertisserint. Subdit enim Plinius, Tectas longas Thasii, &c. Illud enim videri vult Plinius, navim illam, qua ad transvehendos equos utimur, à Salaminiis, aut certe a Pericle fuisse inventam, quemadmodum navim tectam à Thasii. Hoc autem navigii genus, ἵππος à Græcis vocatur, quod nos n, in à longam mutato, hippagum vocamus. Polyb. lib. 1. ἐνὶ δι τερπινοῖς οὐραῖς οὐραῖς, πούγλαι δόρτες εἰς αἴταντας τέρπουσιν: hoc est, Post hæc disposuerunt hippagos, dantes ex iis lora, & funes tractios navibus, quæ in tercia classe erant. Ex his constat hippagum esse navigii genus ad transvehendos equos accommodatum.

Hypallagē, ὑπαλλαγή. Figura est, quam nos suppositionem vertere possumus, vel submutationem, quum scilicet unum pro altero subjicitur: ut quum agere dicimus, quod patimur, aut contrā: aut quum aliud quidvis præpostere effemimus: ut, *Tradere rati ventos*, pro Tradere ratem ventis.

Hypānis, ὑπάνη, fluvius Scythiae, ex magna palude profluens, sapore dulcissimo, donec ad quadragesimum milliare miscetur ei exiguis fonticulus. Exemplum nominat Herod. lib. 4. qui sua amaritudine totum corripuit Hypanim. Ovid. 15. Metam.

Quid non & Scythicus Hypanis de montibus ortus,

Qui fuerat dulcis, salibus vitiatur amaris?

¶ Est & alter ejusdem nominis fluvius in India, cuius meminit Strabo lib. 15. Ad quem referri potest illud Propertii,

Quantum Hypanis Veneto distat ab Eridano.

Hypana, ὑπανη. Triphyliæ civitas, apud Strab. lib. 8.

¶ Hypante, es: ὑπαντη, & ὑπανη, festum occursus, quod in Ecclesia Occidentali, Purificationis appellatur.

Hyparchus, ὑπαρχη. Præfector provinciæ, vel exercitus, ejus potestas & autoritas superiorem potestatem agnoscit: unde & illi imperandi jus, & provinciam administrandi: quasi ἡ φέτερη αρχόδημη. ANGL. *That hath the oversight and charge in doing any thing.* Ejusmodi erant Legati in exercitu, qui sub Imperatore rem gerabant, & provinciarum Præsides à Principe, vel Senatu constituti.

Hypatæ, ὑπατη, & ὑπατη. Aenientium civitas, teste Stephano. Sunt autem Aenientes, Aetoliæ populi, Perrhaebis finitimi, teste Plin. lib. 4. cap. 2. ¶ Est item Hypata Bithyniæ regiuncula, ad Sangarium fluvium, teste Stephan.

Hypatōs, ὑπατη. Phœnices fluvius, apud Melam lib. 1. ¶ Hypaton item Graci Consulem appellant, & Hypatriam Consulatum, & Hypaticum consularem. Verum hæc quod nostro instituto parum convenient, ex Græco potius Lexico petenda relinquimus.

¶ Hypatus, a, um: ὑπατη, n, or, summus, principalis. ¶

Hypatia, ὑπατη. Mulier Alexandrina, Theonis Geometrae filia, & uxor Isidori Philosophi, quæ magno & frequenti auditorio varia disciplinarum genera in patria professæ est. Suidas.

¶ Hypæcauma, ὑπεκαυμη, fomes. ¶

Hypæcōon, ὑπεκον. Herba in segetibus arvisque nascens, foliis turæ, ramis exilibus, vites papaveri proximas habens. Alio nomine Hypophœnon appellant.

Hypelate, ὑπελατη. Lauri species, quam quidam laurum Alexandrinam, alii daphnem, alii carpophyllum vocant. Vide Plinium lib. 15. cap. ult.

¶ Hypenemius, a, um, ὑπελημη, or (ab ἄνθη, ventus) cui subest ventus: ut ¶

Hypenemium ovum, ὑπελημη ἄον, dicitur ex quo nihil gignitur, cujusmodi sunt quæ gallinæ citra coitum, ipsæ sibi venetem figurantes edunt. A quibusdam & Zephyrum ovum dicitur. Latini ovum irritum, & ventosum appellant. Plin. lib. 10. cap. 58. Et ipsæ autem inter se (si mas non sit) æquæ saliunt, partimque ova irrita, quæ hypenemia Græci vocant.

Hypenor, ὑπελημη, Troianus, quem, teste Hom. lib. 5. Iliad. Diomedes in bello occidit.

Hypenus, ὑπελημη. Athleta qui primus diaulo vicit. Pausanias.

¶ Hyper, ὑπελημη. Unde Latinum super, spiritu aspero in s verso. Cum hac prepositione sequentes quædam dictiones componuntur. ¶

Hypærastēs. ἡ μαγήν. ὑπεραστη. Latinè propugnator & defensor. dñs ἡ περιστῆται, quod est scuto protegere. Unde hyperaspistes dicitur, qui velut scuto aliquem protegit. ἀστη enim apud nos scutum sonat. Hieronymus in Prefat. Quum Aristæus ejusdem Problematis hyperaspistes, & Josephus non multò post nihil tale retulissent. ¶ Hoc nomine vocavit Desid. Erasmus Roterdam. libros suos de libero Arbitrio adversus M. Lutherum.

Hypærastis, ὑπεραστη. Latinè transgressio verbi, interprete Quintilio lib. 8. cap. 6. quam frequenter ratio comparationis & decoris poscit. Fit enim frequentissime aspera & dura, dissoluta & hians oratio, si ad necessitatem ordinis sui verba rediguntur. Longius ergo verbum propriè hyperbaton est. Insigne hujus exemplum est illud apud Virg. 12. Aeneid.

Interea reges (ingenti mole Latinus

Quadrijugo vehitur curru, cui temporat circum

Aurati bis sex radii fulgentia cingunt:

Solis avi specimen bigis it Turnus in albis,

Bina manu lato crissans hastilia ferro:

Hinc Pater Aeneas, Romana stirpis origo,

Sydereo flagrans clypeo, & celestibus armis,

Et juxta Ascanius, magna spes altera Roma,

Procedunt casris.

Quo in exemplo post octavum demùni versum nominativo redditur verbum. Vide Macrob. Sat. lib. 6. cap. 6. Dicitur Hyperbaton, δέ τις ἔπειρος, quod est transcendere.

¶ Hyperboreus, mensis October apud Macedones & Asiae populos, ut Josephus & Suidas tradunt. Sed Galenus apud Pergamenses Septembrem esse docet.

Hyperbibusnus, figuræ nomen, cui accentus, aut litera ex una syllaba in aliam transfertur. ¶

Hyperbölē, ὑπερβολή, dici potest eminentia, vel (ut ait Cicero) Superlatio: à Quintiliano Superjectio interpretatur: à quibusdam excessus: ab ὑπερβολή, quod est extendo, superero, excedo. Est enim Hyperbole figura, quum sententia aliqua fidem excedit, augendæ rei gratiâ: ut, Nive candidior, & Fulminis ocyot alis. Item, Volantis te folii sonitus terret: & Vix ossibus hærent. Virgil. 12. Aeneid.

Qui candore nives anteirent, cursibus auras.

Cic. in Topie. In hoc genere Otatoribus & Philosophis concessum est, ut mura etiam loquantur, ut mortui ab inferis excitentur, aut aliquid quod fieri nullo modo possit, augendæ rei gratiâ dicatur, aut minuendæ: quæ hyperbole dicitur. Vide Quint. lib. 8. cap. 6.

Hyperbolicus, a, um: ὑπερβολή, i, excessivus: & Hyperbolicæ, adverbium.

Hyperbolas, homo improbissimus Athenis. Plutarch. in Alcibiad.

Hyperborei, ὑπερβολή. Montes & Populi Septentrionales: ita dicti, quod supra Boreæ flatum sibi esse credentur. Festus, Hyperborei supra Aquilonis flatum habitantes dicti: quoniam humanæ virtutem modum excedant, vivendo ultra centesimum, quasi ὑπερβολής ἔργο humani seculi. Ferunt magnam his de celo clementiam concessam esse, auras spirare salubres, nihil noctis status habere, domos esse nemora, viæcum arbores ministrare, discordiam nescire, ægitudine non inquietari, ad innocentiam omnibus æquale votum esse, mortem accersere, & voluntario interitu obeundi tarditatem castigare. Sed hæc fabulosa sunt. Diodorus oppositam Cœtis Oceani accolit insulam scribit, haud multò Sicilia minorem, valde fertilem, & bifurcam, hoc est, bis quotannis fructus ferentem: habitarique ab his qui Hyperborei appellantur: eo quod vento Boreæ sunt expositi. Hyperborei, inquit Pomponius Mela, super Aquilonem Rhiphæos que montes sub ipso syderum cardine jacent, ubi Sol non quotidie, ut nobis, sed primùm verno æquinoctio exortus, autumnali demùm occidit: & idèo sex mensibus dies, & totidem aliis nox usque continua est. Terra angusta, aprica, per se fertilis, cultores justissimi & diutius quam ulli mortalium & beatius vivunt, &c. Haec tenus Mela. Plura de his vide apud Plin. lib. 4. cap. 12.

Hyperætæticum metrum, ὑπερετæticum, cui una syllaba, vel duæ supersunt. Virg. 1. Aeneid.

Alloquitur Venus, o qui res hominumque deorumque.

Et Horat.

Sylva laborantes geluque.

Illud dactylicum hypercatalecticum est: hoc Iambicum hypercatelicum.

Hyperdæxion, ὑπερδæξιον. Regio Lesbi est, ubi Jupiter Hyperdexius, & Minerva Hyperdexia coluntur. Steph.

Hyperechiūs, ὑπερεχη. Alexandrinus Grammaticus sub Martiano principe: scriptus de nominibus & verbis, & de orthographia. Suidas.

Hypereæ, sive Hyperia. ὑπερεæ. Fons Thessaliz, apud Plin. lib. 4. cap. 8.

Meminit Iuvenis fontis & Strab. lib. 9. qui eum in medio collocat Metaleuse, quod oppidum est Phœtorum in Thessalia.

Hypereisla, ὑπερεισλα. Oppidum est Achaïæ propriè dictæ, cuius meminit Hom. in Catalogo, & Strab. lib. 9.

Hypericum, ὑπερικη. ANGL. St. John's wort. Herba est odore resinam imitans (unde & chamæpitys à quibusdam appellatur) quæ digitis trita succum sanguineum emitit: qua ex causa ἡρόεισμη à Græcis cognominatur. Vulgaris Perforatam, seu Herbam divi Iohannis nominat.

Hypereidēs, ὑπερειδη. Atheniensis orator, æmulus Demosthenis, jussu Antipatri exscita lingua interfactus. Plut. in vita Demosthenis.

¶ Hyperinus, a, um: ὑπερεινη, n, or, minimum purgans. ¶

Hypermnestra, ὑπερμνηστρα, una ex quinquaginta Danaï filiabus, quæ quoniam totidem Ægisti filii nupissent, jussæque essent à patre prima nocte matros interficere, sola ex omnibus matribus ioum Lynceum nomine ab insidiis liberavit, qui postea Danaum occidit. Extat inter Epist. Ovid. una Hypermnestra ad Lynceum vitum.

Hypérion, ὑπεριον, Hyperionis in genitivo, δέ τις ὑπεριον, quod est vado, seu eo: à poëris usurpatum pro Sole, quod eat super terras. Festus: quanvis alii Solis patrem esse tradant. Ovid. lib. 1. Fast.

Placat equo Perses radiis Hyperiona cinctum.

Diodorus scribit Hyperona Saturni fratrem fuisse, Cali filium, qui Solis & Lunæ, aliquotumque astrorum motus, horasque primum somnia cura observationeque à se recepta, ceteris noscenda tradidit: ideoque horum parentem nominatum esse, veluti ipsorum naturæ contemplatorem. Cic. in Prognost.

Vt quum Lupa means Hyperionis officit orbi.

¶ Inde adjективum,

Hyperionius, a, um, ad Hyperionem pertinens.

Hyperionides, ὑπεριονίδης. Hyperione natus.

Hyperimeter, & Hypermetrus, ὑπεριμετρη. Dicitur versus una syllaba redundans, quæ plerunque à prima syllaba subsequentis versus incipiente à vocali, absimitur. Virg. lib. 1. Georg.

Aut dulcis musli Vulcano decoquit humorē.

Et foliis undam, &c.

Hyperechæ, ὑπερεχæ, exsuperantia. Tryphonius l. pen. D. qui pot. in pign. Post primum contractum tuum, antequam aliam pecuniam tu crederes, eidem debitori Seius credidisset quinquaginta, & hyperocham hujus rei, quæ tibi pignori data esset, obligasset. Et infra, Utrum tibi cederet pignoris hyperocha, id est, quanti pluris est pignus quam debiti summa: quatenus præmium pignoris debiti summa exsuperat. Gali. Lap plus valē.

¶ Hyperpast

- || Hyperpasidium, locus per quem necessariò transitur. Lex.gr.b.
 Hyperpyron, numi genus. L.g.b.
 Hypertthesis. Gl. ὑπέρθεσης, diario, procrastinatio, crastinatio, frustratio, mora, remora, cunctatio: ὑπέρθεσης, superlativus, frustrator, differens. Grammaticis etiam hypothesis est transpositio literæ.
 Hyperthyrum, überthür / überthyrell, superliminate, limen superum.
 Hypertimon, tributi genus. L.g.b.
 Hypertimus, titulus Metropolitani. Idem.||
 Hypheāt, ὑφεάτ. Arcadum dialecto dicitur, quod Latini viscum vocant, præsertim qui in abieta, & larice gignitur. Vide Plin.lib.16.cap.ult. & Theophrastum tib.2. de caus. plantarum.
 Hyphen. { ἡφῆ makáph. iφ. } Subunio Latinis dicitur, ex υφ' sub, & τον: quam duæ dictiones profertunt sub uno accentu. Notatur autem linea ab ultima primæ dictioñis litera ad primam sequentis subducta. Virg.1. Aeneid.
 — neque enim ignari sumus ante-malorum.
 Ubi Servius, Ante-malorum, iφ. est. Terent. in Andr. & heri semper-lenitas verbar quotsum evaderet. Ubi Donatus, Semper- lenitas, hyphen.
 Hypius, ὑψιος, ὁ vel ο, urbs est & fluvius sub Pontica Heraclea. Item Hypii montes sunt, quorum incolas Mylos esse ait. Gentile Hypianus. Stephan.
 Hypoalē, ὑπαλή. Aspidis genus, solo somno citrāque ullum doloris sensum hominem necans: cuius mortu sibi Cleopatram mortem concivisse, author est Solinus. Galenus ptyadem appellat, propterea quod cervicemerigens ex intervallo venenum exspuat. De eo aspidis genere intellexit Ovid. in Metam.
 Plenaque somniferis serpens peregrina venenis.
 Peregrina est Cretæ, sed Ægypti indigena. De aspidis generibus 3. vide apud Aëtium lib.13. & Nicandrum.
 Hypobarus, i. ὑπόβαρος. Indiae fluvius, à Septentrione in orientalem fluens Oceanum, juxta quem Cresias montem sylvorum esse tradidit, cuius arbores electrum exsudarent. Vide Plin.lib.37. cap.2.
 || Hypobolon, dotis est incrementum, vel quod mortuo marito uxori superstiti redditur supra dotem, quod est instar donationis propter nuptias.
 Hypobolicus, a, um: Sidon.lib.3.epist.2. Mater puellæ pro hypoboliciis instrumentis cœpit actionem repetundatum velle proponere.
 Hypobrychium, subversio. Tertull.
 Hypocasis, fornacula, caminatave, seu concameratio, ubi ignis succeditur, unde aqua calefit.
 Hypocauſum, i. { ὑποκαυσος. GALL. Estuves, lieu échauffé par dessous pour suer. ITAL. Stufa, luogo da sudare. GERM. Stuben oder badstube. HISP. Estufa, lugar para sudar. ANGL. A bath stove, or hotte house. } Locus ad sudandum, μεγάρον, hoc est, à succendendo. Solent enim hypocauſa sub pavimento habere fornaces, quibus accensis ipsa calciant. Latinè dicitur Vaporarium, ab excitandis vaporibus. Papin. Stat. Syl.
 — tenuem volvunt hypocauſa vaporem.
 Plinius ad Callum, Applicatum est cubiculo hypocauſum perexiguum, quod angusta fenestra suppositum calorem, ut ratio exigit, aut effundit, aut retinet. Vitruvius appellat hypocauſum, tradit enim facienda esse alba supra hypocauſum tria, caldarium, tepidarium, frigidarium.
 Hypochalcis, ὑποχαλκη, urbs Ætoliae in Europa. Gentile Hypochalcides. Sita sub Chalcide monte. Steph. in Hypochalcis & Hypothecæ. Vide Chalcis.
 Hypochysis, sive Hypochyma, ὑποχύμη ή υποχύμη. Morbus est oculorum, quem Latini luffusionem appellant. Est autem (teste Ægineta) offusio humorum lentorum inter corneam tunicam & crystalloidem congelatorum.
 Hypochondriæ, ὑποχόνδραι. Partes sunt laterales, utrinque non his costis subjectæ, hepatis & lieni superjacentes, quas Latini præcordia vocant. Dicta hypochondria, quod ὑπόχονδρη, hoc est, sub cartilagine sitæ sint. Plin.lib.30.cap.3. Præcordia vocamus uno nomine exta in homine. Græci quoniam sub chondro, hoc est, sub cartilagine sunt, hypochondria.
 Hypocisti, ὑποκίστη. Quiddam est mali punici cytinis non dissimile, sub cisto frutice nascens, unde & nomen accepit. Plin. duo facit hypocisti genera, candido & rufo colore ea distinguens, lib.26. cap.8.
 || Hypoclesium, qui Imperatoris partes in Ecclesiasticis obibat. L.g.b.
 Hypoclunes, carnes sub clunibus ad femora. Poll.||
 Hypocrisis. { ἡπερνομη chanupháb. ὑποκρισης. GALL. Hypocrise, simulation. ITAL. Simulatione, hypocrita. GERM. Ein Annemmung und nachfolgung eines andern gestalt/gleissnerey. HISP. Simulacion, hypocrita. ANGL. Hypocrise. } ut Budæus interpretatur, est simulatio alienæ personæ, quum scilicet qui se alium videri cupit, quam est, δοῦλος ή υποχέστης, quod inter cætera significat simulate. Hinc in Comœdiis, Tragediisque actio ipsa vocatur hypocrisis, quod actores alias simulant personas. ¶ A Rhetoribus item hypocrisis appellatur, quam Latini pronunciationem, seu actionem vocant, in gestu motuque præcipue consistentem: cui Demosthenes primas, secundas, & tertias tribuit.
 Hypocritæ, { ἡποκριτæ chaneph. ὑποκριτæ. GALL. Hypocrite, dissimulatæ. ITAL. Simulatore, hipercrita. GERM. Der einer andern person gestalt an nimpt/ein gleissner. HISP. Simulador, y fingidor, ypocrita. ANGL. An hypocrite. } codem Budæo interpretare, est simulator alienæ personæ: unde histriones, & mimi, planipedes, & si qui alii sint fabularum actores, qui personam aliquam assumunt, propriè vocantur hypocritæ. ¶ De eo etiam usurpatur qui actores instruit & docet. Suet. in Ner. cap.24. Non aliter confirmatus est, quam adjutante hypocrita, non animadversum id, &c. ¶ Transfertur tamen etiam ad eas personas, quæ aliud in pectore gerunt, aliud in ore: quæcumque se probos, piisque videri cupiant, longissime tamen absunt ab ea persona quam simulant.
 || Hypodia, vide Hypopodium.
 Hypodiæconus, ὑποδιακονος, inferior diaconus. Vide in Meurs. Græcobi.||

- Hypödästöle, υποδιαστόλη, quam nos subdistinctionem vocare possumus, est dextra pars circuli ad imam literam in fine dictioñis applicata, qua nota Græci male cohærentia discernunt.
 Hypödätcälüs. { υποδιάκονος. GALL. Un second maître, soumainstre. ITAL. Repetitore, secondo maestro. GERM. Ein lehrmeyster der ender einem andern ist ein provvisor. HISP. Repetidor, segundo maestre. ANGL. An usher or substitut in theaching. } Dicitur is quem vulgus in ludo literario sub monitorem vocat, vel coadjutorem: sic dictus, μεγάρον ιφ' ινές ειδάνων, hoc est, ab eo quod sub alio doceat. Cic. ad Papyr. Sella tibi erit in ludo tanquam hypodidascalο.
 Hypödytēs, ωροδύτης. Interior vestis, subcula, & propriè Ponticum, ut inquit Hieronymus: δοῦλος η υποδύτης, quod est subinducte.
 Hypögæa, orum. { υπογεα. GALL. Lieux sous terre. ITAL. Luoghi sotto terra. GERM. Höhler / oder gemach under der erden / als die Keller seind. HISP. Lugares subterraneos. ANGL. Places under the earth à dungeon in a prison. } Loca subterranea dicuntur à Græcis: quæ dictio frequens est apud Josephum & Hegesippum: Hypogorūm (inquit Budæus) appellatio complectitur cellas vinarias, catnarias, olarias, penuarias, promptuarias.
 Hypögēson, υπόγειον. Herba aizoi, sedi & semper vivi majoris notitibus notior: ita dicta quod in subgrundis nascatur. Græci namque partes testi prominentes γενεον appellant.
 || Hypoglossum, frutex. H.P.||
 Hypoglottis, idis, υπογλώττης. Caruncula quæ lingua cohæret inferiore parti oris: dicta quod sub lingua sita sit.
 || Hypogonatium, υπογονάτιον, quod genibus substernebat preces facti. Vide Gloss. gr.b. Meursii.||
 Hypomnemā, tis. { υπομνημα. GALL. Commentaire, exposition. ITAL. Commento, espositione. GERM. Ein aufzethnung etlicher dingen der gesdächtnus halb. Item, Ein erklening. HISP. Glosa, η expōsition. ANGL. An exposition or comment. } & hypomnematum, i: sumitur pro interpretatione & commentariis. Cicer. Tironi. Multū mihi eripitur operæ in exc̄ribendis hypomnematis. Plin. lib.7.cap.5. Cujus commenta, quæ appellantur Græcè ιαπυρί. φέλη, sub nomine Democriti falso produntur.
 || Hypomnematicus, a, um. υπομνηματικός, ή, ή, commentarius, a, um, ad memorie subsidium factus.
 Hypomnemographus, υπομνηματογράφος, à Strabone lib.17. intet civitatis Alexandrinæ magistratus nominatur. Cujac. in Cod. tit.31. l.59. ait, Latinè posse dici, Commentariensem, qui nominationem ad munera civilia faceret.
 Hystomochlium, υπομοχλιον, id quod recti subjicitur, ut obnisu suo rectum adjuvet.||
 Hypopheon, υπόφεον. Herba est in segetibus arvisque nascens, rure foliis, ramis exilibus, succum emittens papaveris viribus proximum. Alio nomine hypocoön dicitur.
 Hypopodium, υποπόδιον, scabellum, quod pedi supponitur. Cujacis hypopodia interpretatur, quæ sub pedes sedentibus ponuntur, quæ interdum etiam scamna vocantur. l.3.D. de supell.leg.||
 Hypopyon, υπόπυον. Oculi morbus, quum pus sub corne a tunica colligitur. In qua significatione per y in penultima scribi debet, quum δοῦλος η πύος, hoc est, à pure deducatur. ¶ Hypopion autem pet i nostrum, antepenultima producta, υπόμινερ, livor est sub oculis contingens, à sanguine compressis venulis exente, & sub cute permanente, cujusmodi vitia Latini foggillata appellant. Vide Bud. in Pandæ. & Rhodig. lib.7. cap.20.
 Hypöslphagmā, υποσφαγμα, sanguinis subter cutem diffusio contingens ex ruptura venæ, ictu, fuste, durōve alio corpore illato. Galenus αἰρετῶν υποσφαγμα, id est, sanguinem suffusionem appellat.
 Hypöstasis, υποστάση. Substantia, sive natura subsistens. Unde Theologis hypostasis in Trinitate divina, idem est quod ιδιάμης, & αὐτόμητη, quam Personam Latini nominant. ¶ Hypostasis item à medicis dicitur utinæ fax in ima matula parte subsidens.
 Hypöthēcā. { ἡθήρ θεραβόν. υποθήκη. GALL. Gage, hypotheque. ITAL. Pegno. GERM. Ein pfand. HISP. La prenda que se da. ANGL. A pledge, a gage. } Latinè pignus, teste Martiano: Inter pignys, inquit, & hypothecam tantum nominis sonus differt: cui asc̄titur Valla. Cicero ad Thermum, Cates velim ut aut de hypothecis decedat, casque procuratoribus Cluvii tradat, aut pecuniam solvat. Jurisconsulti tamen inter hypothecam & pignus īxp̄issimē distinguunt: ut illa sit rei immobilis, quæ solo adharet: hoc vero rei mobilis, quæ tradi manu potest.
 Hypöthēcātūs, adject. { ἡθηκόν noschék. υποθηκόποδη, υποθηκόποδης, υποθηκόποδης. GALL. Qui a gage, fourni ou garni de gage. ITAL. Chi presta danari su pegni. GERM. Dem man pfand eine setz/ oder die von einer schuld rodgen nimpt. HISP. El que tiene prendas. ANGL. That hath a pledge. } ut, Hypothecarius creditor. Ulp. in l.1. §. sciendum est autem, ff. de separ. Hypothecaria actio, l.3. ad exhib.
 Hypöthēcæ, υποθηκæ. Vocatae sunt Pornæ in Bœotia. Alii oppidum quoddam esse aiunt à loci situ ita nominatum. Steph.
 Hypopompi, productores, Comites. Buleng.
 || Hypothema, basis, cultura. Gloss. υποθηκη, subpostorium.||
 Hypöthēsīs. { υποθηση. ANGL. A mater, argument or cause to write or dispute on. } Suppositio, scopus, institutum. Unde accipitur pro argumento totius operis præcipua capita paucis perstringente. ¶ A Rhetoribus item hypothesis dicitur quæstio finita, circa quam ipsius disputationis cardo versatur. Nam quæ infinitæ sunt, & generaliter proponuntur, theses appellantur. Si itaque in deliberationem veniat, Num omnino ducenda sit uxor, thesis erit: sin hoc in contentionem adducatur, Num Catoni Martia ducenda sit, hypothesis censebitur. Cic. in Top. Quod Græci hypothesis vocant, nos cauſam ex definito questionum genere. Idem Attic. Hypothesin hanc habent, eamque præ se ferunt, clarissimum virum interfactum, Rem perturbatam.
 || Hypotheticus, a, um: hypothesis habens, conditionalis.||
 Hypotheticæ, conditionaliter.
 Hypöthyra, υποθυρα ή υποθυρη, apud Vitruv, pro valvarum cavitate & inanitate accipitur. Veli etiam υποθυρα, limen infectius.
 Hypothi

Hypothicos (quod hic pro vestis genere corrupte legebatur) vide *Hy-
podes*.

Hypocrachelium, *ὑποκραχέλιον*, collis pars infra cervicem, & intra
ἀστράγαλον. Translate autem est scapi pars, quae sub astragalo est.

Hypotrimmata, *ὑποτρίμματα*, bellaria arida.

Hypozeūxīs, *ὑποζεῦξης*. Subconjunction, figura zeugmati contraria,
quum singulis sensibus tribuitur propria clausula. Virg. 10. *Aeneid.*

Regem adit, & regi memorat nomēnque gentisque,

Quidve petat, quidve ipsa ferat, &c.

A verbo Græco *ὑπόζευξης*, quod est subjico, vel subjungo.

Hypselis, *ὑψηλή*. Vicus Aegypti, quem inhabitant Hypselites. Sunt
etiam Hypselites in vico quodam Thracia. Steph.

Hypsēnōr, *ὑψηλός*. Fuit, teste Hom. lib. 5. *Iliad.* filius Dolopionis,
qui sacerdos Scamandri, in tanto honore habitus fertur, ut tanquam
divinum quoddam numen coleretur, ac si deus quidam fuisset. Illum
Eurypylus in bello Troiano interemit.

Hypsicrātē, *ὑψικράτης*. Mithridatis regis uxor, insigne conjugalis si-
dei exemplar, quae maritum à Pompeio victum, atonis capillis, vi-
tilique habitu assumpto, per loca inculta, f. tāsque gentes, infati-
gabili cotpotis animique robore sequuta est.

Hypsiyle, *ὑψιγέλη*. Lemni regina, Thoantis filia, quae quum reliqua
mulieres ejus insulæ omnes viros ex communi sententia occidissent,
sola patrem servavit. Ob quam pietatem è Lemno ejecta, capta à
Piratis dicitur, & Lycuro Thracia regi vendita: à quo liberaliter
habita, & nutriendo filio ejus præposita est. Nam paulò ante fugam
gemellos pepererat, quos conceperat ex Jasone, quem in Colchos
navigantem hospitio simul & lecto exceperat. Postea quum Argivis
ad Thebanam expeditionem proficiscerentibus, Langiam fontem
ostensura, Archemorum alumnū humi depositisset, ea absente
adrepens serpens puerum interemit: quo nomine quum à Lycuro
ad supplicium quereretur, ab Adrasto, ceterisque Argivis feruata
est. Vide Statuum in *Theb.*, & Ovid. in *Epiſt. Heroid.* Propert.
lib. 1.

Hypsistarius, sectæ genus. Hesich. Lex. gr. b.

Hypsus, *ὑψός*. Lycaonis filius condidit Thyraeum Arcadiæ ur-
bem. Stephan. Est & Hypsus Arcadiæ urbs. Idem.

Hyrcānlā, *ὑρκανία*. Regio Asie, magna ex parte plana, & præclarissi-
mis urbibus insignis, quarum celeberrimæ sunt Talebrota, Samaria-
na, Carta & Tape: adeò autem fertilis & opulenta, ut vitis vini me-
tretam ferat, & ficus sexaginta modios fitorum: frumentum ex
semine nascatur, quod cadit ex culmo: in arboribus mellificetur,
perfluat mel ex oleis. Dicta Hyrcania, ab Hyrcana Sylva, quæ Scy-
thiz subiacet. Habet ab Oriente mare Caspium, à Meridie Arme-
niam, à Septentrione Albaniam, ab Occidente Iberiam. In ea regione
pantheræ, pardæ, & tigres abundant, quum sylvæ aspera sit.

Hyrcānūs, a, um: *ὑρκανός*. ut, Mare Hyrcanum, Mar de Bacan. Ho-
mines Hyrcani. Hieronymus, Hyrcani voluctibus & canibus semi-
tivos projiciunt. Virg. 4. *Aeneid.*

Hyrcanaque admirunt ubera tygres.

Hyreus, *ὑρεύς*. Rusticus quidam Boeotius, qui quum Iovem, Mercurium,
& Neptunum hospitio suscepisset, jussus petere quicquid vellit, mox
voti compos futurus: respondit se quidem nihil æquè cupere ac si-
lium, uxorem tamen ducere nolle. Quo intellecto, tres dñi in bubu-
lum tergus, quod ille juvenco detraxerat, quem Iovi recens immo-
laverat, lotium reddidere: ex quo decimo mense natus est puer,
quem ille, dñs G. & ex hoc est, ab urina, Urionem vocavit: qui postea
prima literæ mutatione Orion dictus est.

Hyria, *ὑρία*. Insula est Ionii maris, ante Peloponnesum, alio nomine
Zacynthus dicta. Author Plin. lib. 4. cap. 12. Fuit præterea Hyria
Boeotia oppidum, in agro Tanagro, authore Plin. lib. 4. cap. 7. &
Strab. lib. 9. Item aliud in Japygia, à Cretensibus conditum, cuius
meminit Herod. lib. 7.

Hyrmne, *ὑρμῆνη*. Oppidum in ea parte Achaia proprie dicta, quæ Egeo
rum agro proxima est. Author Plin. lib. 4. cap. 5.

Hyrrithium, *ὑρρίθιον*. Parva regio in Epidauro, cui nomen dedit Hyrr-
itho, filia Temeni. Gentile Hyrrithios. Steph. in *Pausania* lib. 2.

Hyrtacūs, i, *ὑρτακός*. Oppidum Cretæ, apud Stephan. Fuit præterea
hoc nomine Trojanus quidam ex Ida monte, pater Nisi, unus ex co-
mitibus Aeneæ, qui à nomine patris Hyrtacides appellatur à Virg.
lib. 9. *Aeneid.*

Hysacis, *ὑσακίς*. Insula parva, & magna Aethiopum: Insulæ Hysai-
tae. Stephan.

Hysbe, es, *ὑσβη*. Lydiæ oppidum, apud Steph. à quo deducuntur gen-
tilia Hysbaeus, & Hysbites.

Hyscana, *ὑσκανα*, rā. Urbs Illyriæ: gentile Hyscaneus. Steph.

Hysge, *ὑσγη*, nomen herbx. ||

Hylginum, *ὑλγίνον*. Plantæ genus, quo color tingitur, coccineo simi-
lis: unde Græci vestes, *ὑλγίνων* appellant, hoc est, hysgino tin-
tas. Plin. lib. 25. cap. 7. Quare Puteolum potius laudatur, quām
Tyrium, aut Gerulicum, aut Laconicum, unde pretiosissimæ pur-
puræ. Causa est, quod hysgino maximè inficitur, rubiamque co-
gitur sorbere.

Hysia, z, vel Hysiaz, arum, *ὑσία*, *ὑσία*. Boeotia oppidum, colonia
Hyreorum, à Niceto Antiope patre condita: de hac Thucydides
lib. 3. Est & alia regio sedes Parthorum. Gentile Hysicus. Est item
vicus Argivus Thucydidi: Characi vero civitas. Unde Hysiates, tis.
Item Arcadiæ urbs, denique Rhysia, fortè Hysia, urbs Boeotia. Steph.
Vide *Hyria*.

Hyssopus. *ὑσσόπος*. *εὐώνη*. *GALL.* *Hyssope*. *ITAL.* *Hyssopo*. *GERM.*
Iop oder Isten. *HISP.* *Hyssope*, *hyssopilo*. *ANGL.* *Hyssope*. *Fæminini*

generis, & Hyssopum, neutri: cum y, & gemino ss, ut quibuidam
videtur. H:iba notissima, pulmoni valde utilis. Columell. lib. 6.
cap. 10. Veterem tuſsim sanant duæ libræ hyssopi macerati sextariis
aque tribus. Plin. lib. 25. cap. 11. Hyssopum in oleo contritum
phthiriasi reficit & pturiginis in capite. Columell. lib. 7. cap. 5. Re-
medio sunt hyssopus & sal, aquis ponderibus contraria. Apud Ma-
crum legitur hyssopum, unicof, duobus prioribus syllabis contra a-
tis præceptiones cor�ptis.

Est (inquit) hyssopum siccum, calidumque, & tertius illi

Est in utrisque gradus.

Hyssopētēs, hyssopitæ, mascul. gen. *ὑσσονίτης*. Vinum factitium ex
hyssopo: sicut Myrtites, ex myrto: Absinthites, ex absinthio. Co-
lumell. lib. 12. cap. 35.

Hystāpēs, *ὕσταψης*. Darii Persarum Regis filius ex Atossa Cyri filia: &
cujus meminit Herod. lib. 7. Fuit & ante hunc alter eodem nomine,
Arsamenis filius, & Darii pater: de quo idem Herod. lib. 1.

Hystērā, *ὕστερη*. Latinæ vocantur Secundinæ. Sunt autem folliculi, qui-
bus infans involutus prodit in lucem, & quicquid infantem ex utero
sequitur.

Hystētīcæ, *ὕστετικη*. Dicuntur mulieres quæ uteri suffocatione laborant,
in quibus sensum pulsūque per intervalla nullum, aut certè per
exiguum percipere possumus: quam affectionem hystericalm appella-
lant, dñs G. *ὕστητης*: quo nomine Græci matricem, vel uterum signi-
ficant.

Hysterologus, *ὕστερολόγος*, est qui *ὕστερη λέξη*, præpostero loco verba
facit. Item qui prius dicit, quod posterius est. Inde ||

Hystērōlōgiā, *ὕστερολόγια*. Loquatio præposta: figura eadem cum ea
quæ dicitur hysteron proteron, quum scilicet quod priore loco di-
cendum erat, posterius dicitur.

Hysterōn prōterōn, *ὕστερον πρώτης*. Est figura quum sententia ordine
commutatur: ut,

Postquam altos tetigit fluctus, & ad aquora venit.

Nam prius ad aquora venit, quām tangeret fluctus.

Hystrix, *ὕσπιξ*. Suida, hystricis. Animal est spinis cunctatum, ex heri-
naceorum genere. *GALL.* *Porc offic.* *ITAL.* *Poro spinoso, cinghiale*.
GERM. *Meerschwein/stachelsw.* *HIST.* *Iavali*. *ANGL.* *A porcupino, a
beast so called that casteth prickles from him at men, as it were ar-
rows.* Plin. lib. 8. cap. 35. Hystrices generat India, & Africæ spinâ
cunctatas ex herinaceorum genere: sed hystrici longiores aculei, &
quum intendit cutem, missiles. Ora urgentium figit canum, & pau-
lò longius jaculatur. Hybernis autem se mensibus condit, &c.
¶ *Hystricis seta, ὑσπιξ ὕσπιξ*. dici poterit Dipterum acriter in quem-
piam tortum.

Hytenna, *ὕτηνα*. Urbs Lyciæ. Steph.

Hythmitæ, *ὕθυμηται*. Populi juxta Lyburnos & Cyopios. Steph.

Hyttēnīlā, *ὕτηνια*, vide Tetrapolis.

NOTÆ ANTIQUORUM.

H Honestas, hæc, hæres, homo, habet, hora.
HA. Hadrianus, hora. H. AED. Q. C. P. AM. FE. hoc ædificium
quod cernis prudens amator fecit.

H B. hætes bonorum. H. B. F. homo bonæ fidei.

HC hunc. HC. AM. N. hunc amicum nostrum. HC. L. hunc locum.
HCL. RO. hunc locum Romanum. H. COG. hæredem cognitorem,
hæredem cognovit. HC. V. huic vitæ.

H.D. hic dedicavit. H. DD. hic dedicarunt, hic dedicant. H. D. D. hoc
dono datur. H. D. M. hæc domus mortui.

H E. M. TBNR. hæc est memoria Tribunorum. HER. S. Herculi sa-
crum.

H. F. hic fundavit, honesta foemina, fortuna, fundat.

H. I. hæreditatis jure, hercle juravit, hic invenies. HIC. IN. AEDF.
REG. hic invenies ædificium regale. HIC LOC. HÆR. NON SEQ.
hic locus hæredem non sequitur.

H. L. N. honesto loco natus. H. L. H. N. S. hic locus hæredem non se-
quitur.

H. M. honesta mulier, hora mala, hora mortis, hoc monumentum. H.
M. AD. H. N. TRAN. hoc monumentum ad hæredes non transeat.
H. M. D. M. A. huic monumento dolus malus absit. H. M. H. E. N.
SEQ. hoc monumentum hæredes ejus non sequuntur. H. M. M. hic
memoria mirabilis. H. M. P. hic memoriæ posuit, hic monumentum
posuit. H. M. S. M. hic mater sua mortua, vel hora mala sumpsit mor-
tam. H. M. S. S. E. H. N. S. hoc monumentum sine successoribus eadem
hæreditate non succedit. HM. hymnus.

Cicer. 1. Tus. Ut enim sit in prælio, ut ignavus miles ac timidis, simul ac viderit hostem, abjecto scuto fugiat. Liv. 5. ab Urbe, Quam concione advocata terrorem increparet ac fugam, fusos esse ab ignavissimo & fugacissimo hoste. Gellius cap. 4. lib. 17. Ignavissimi poëtae. } Differt hoc tamen, quantum intelligo, inter gnava & industrium, quod gnava propriè sit is, qui ad subeunda pericula, ac labores tolerandos, sapiens & fortis est: industriosus qui ingenio quum multum valeat, ut artifex bonus, aliquid struere & negotiari, non otiani studet. Cic. pro Pomp. Deinde cæteris ex ordinibus homines gnavi & industrii, partim in Asia negotiantur, quibus absentibus vos consulere debet, partim suas & suorum in provincia pecunias magnas collatas habent. Salust. in Cat. Competum ego habeo milites, verba virtutem non addere, neque ex ignavo strenuum, nec fortem ex timido oratione Imperatoris fieri. Ovid. 6. Fast.

Nunc inopes vietus ignavaque fata timentes (i. famem.) Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1. Ignavi, male habiti & male conciliati. Gell. cap. 23. lib. 2. Ignava verba & ingrata (Cœcilius) præ Menandro. Velleius, Ignavum stipendum conferunt Galliæ. Plaut. Capt. sc. 1. a. 2. Captus est filius tuus? H. Ita. C. Non igitur nos soli ignavi fuimus. Gell. cap. 8. lib. 13. Hominis ignava opera & philosopha sententia. Idem cap. 24. lib. 13. Ignava & frigida repetitio. Ovid. Eleg. 6. lib. 1. Trist.

— Et non ignava legentem

Otia delectet.

Ignave, sive Ignaviter, adverbium: Lentè, & segniter, sine industria. { **תְּבִשָּׁה**. **GALL.** Coùardement, laschement, paresseusement. **ITAL.** Pigramente, lentamente. **GERM.** Faulich, lieberlich, ohn ernst. **HISP.** Perezosamente. **ANGL.** Slouthfullie, cowardlie. } Cic. 2. Tuscul. Sed hoc quidem in dolore maximè est providendum, ne quid abjetè, ne quid timide, ne quid ignavè, ne quid serviliter, muliebitère faciamus. Hircius ad Cic. Rure jam redierint, queris? An ego, quum omnes calcent, ignaviter aliquid faciam.

Ignavæ, teste Nonio, antiqui dixerunt pro ignavum fecit. Afranius Enneade 10. ut citatur à Nonio, In parte inferiori hic multiplicabitur caput. Fateor: sed saxe ignavit fortem in spe expectatio. Verbum est obsoletum.

Ignis, is, ab in, privativo, & gignendo dicitur, quod in eo nihil nascatur. Isidor. lib. 19. At contra Varro lib. 4. de L. L. quod inde gignatur omnia. { **וְאֵשׁ** esch. **πῦρ**. **GALL.** Feh. **ITAL.** Fuoco. **GERM.** Feur. **HISP.** Fuego. **ANGL.** A fire. } Virg. 4. Georg.

Æstuat ut clausis rapidus fornacibus ignis. Cæsar 3. bell. civilis, Suosque omnes castris continuit, ignesque fieri prohibuit, quod occultior esset ejus adventus. Cic. 3. Verr. Cædere januam saxis, instare ferro, ligna & sarmenta circundare, ignem subiicere ceperunt. Tibull. lib. 1.

Lator eluxit strigos super ignis acervos. Senec. cap. 10. de consol. ad Marc. Ignibus perutet corpora vel in pœnam admotis (in tormentis sup.) vel in infernis (sup. in rogo.) Ovid. Eleg. 6. lib. 1. Trist.

Ipse mea posui mæstus in igne manu.

Idem Eleg. ult. lib. 4. Trist.

Cum tamen hic esset, minimoque accenderet igne.

Idem Metamorph. de exilio. Idem Eleg. 8. lib. 4. Trist.

(Nil) rapido firmius igne Iouis.

Ibid. Eleg. 3.

— sum favis Iouis ignibus ictus.

Idem Eleg. 5. lib. 3.

Ausus es igne Iouis percussum tangere corpus.

Idem lib. 5. Fast.

— magno torret in igne bovem.

Idem Eleg. 3. lib. 4. Trist.

Nec quia rex mundi compescuit ignibus ignes.

Suet. in Calig. cap. 27. Ignis cremare. Plaut. Capt. sc. 1. a. 4. Jube ignem ingentem fieri. Idem Aul. sc. 2. a. 1. Quid si quispiam ignem querat.

E. Extingui volo. Nam si ignis vivet, tu extinguere extemplo. } Ignem esse in medio Mundi, & de ejus præstantia. Plut. in Num. Sacrificiis adhibebatur, ibid. } Per metaphoram accipitur pro amore. Virg. 4. Æneid.

Vulnus alit venis, & caco carpitur igni.

Idem 3. Eclog. pro exoleto, & quem quis amat vehementius.

At mihi sese offert ultrd meus ignis Amyntas.

Terent. in Eunuch. Accede ad ignem hunc, & calescere plus satig. Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Phyllidis hic idem teneraque Amaryllidis ignes

Lusit.

Ibidem,

Tempore deficiat, tragicos si persequar ignes.

Idem Eleg. 7. lib. 3. Trist.

Ergo si remanent ignes tibi peccoris iidem.

Et Eleg. ult. lib. 4.

Sape suos solitus recitare Propertius ignes.

Et apud Quintilian. Si nostrum ignem judex conceperit (id est, affectus.) ¶ Ignis innocens. Ulpian. D.lib.19. tit.1. l.1. Aliud est ignem innocentem habere, aliud omnino non habere: permittitur enim habere, sed innoxium. ¶ Ignis missilis. Corn. Tacitus lib.17. Dum facies & glandes, & missilem ignem in obsecros jaculantur. ¶ Ignis sacer, quis dicatur, explicat Celsus lib.5. his verbis: Sacer quoque ignis malis ulceribus annumerari debet. { ANGL. S. Iohnes fyre. } Ejus duæ species sunt: alterum est subrubiculum, aut mistum rubore, atque pallore, ex speratumque per pulsulas continuas, quarum nulla altera major est. In his semper feci pus, & saepe rubor cum calore est. Fit maximè in pectori, aut lateribus, aut eminentibus partibus, præcipueque in plantis. Alterum autem in summae cutis exulceratione, sed sine altitudine, latum, sublividum, &c. Servius in illud Virgili 3 Georg.

contractos artus sacer ignis edebat.

Sacer, inquit, ignis est, quem Græci ιγνης, ιγνη appellant. Quod tamen manifestè falsum est. Nam ιγνης, ut inter medicos omnes convenit, idem est morbus cum epilepsia, sive morbo comitiali, quam & Latini morbum facrum appellant. Rectius quidem sentit Mænarus, ignem sacrum à Latinis appellari, quod erysipelas dicunt Græci. Plin. lib. 26. cap. 11. Ignis facri multa assertit esse genera, inter quæ periculoflum est, quod Græcè ζωση vocatur, hominem medium ambiens, & si cinxerit, necans. ¶ Vir igni spectatus, i. vir probatae & spectatae probitatis. Metaphora ab auro, quod igne probatur. Cicero. lib. 2. Offic. Quod in quo viro perspectum sit, hunc igni spectatum arbitrentur. Sic in antiquis Cod. ¶ Ignis lenis, id est, lensus. Cels. lib. 6. Leni igne coquuntur. ¶ Ignis ad torrem veniens, πῦρ ἐν ταῖς φλόγαις. De negotio quod raptim facilèque conficitur, quasi quam ultrò ignis ad torrem transvolat. Diogenianus. ¶ Ignem dissecare, τὸ πῦρ καὶ γενεῖ, est stetilem operam sumere. ¶ Igni ferroque minari dicuntur, qui extrebas depuntiant inimicitias. Quod verbum & hodie tristissimum est. Cie. Philipp. 13. ¶ Ignem igni ne addas, Μὴ τοῦτο τὸ πῦρ: id est, ne incendium incendio addas. Plato. ¶ Subjicer ignem: id est, invidia materiam suggestere. Cicero. pro Rabirio. Et quanquam tum propter multorum delicti, etiam ad innocentium periculum tempus illud exaserat: tamen quum odium non restinguoretis, huic ordini ignem novum subjici non sivis. Budæus.

Igniculus, i. Propriè diminutivum est ab ignis. { πυρίδιον. GALL. Petit feu, étincelle de feu. ITAL. Picciol fuoco, picciol stimolo. GERM. Feuerlein / Funcklin. HISP. Pequeño fuego. ANGL. A little fyre. } Juvenal. Satyr. 3.

Igniculum bruma si tempore poscas.

¶ Per metaphoram accipitur pro incitamento, & stimulo quodam, quo accendimur ad capessendam virtutem. Cic. 3. Tusc. Nunc parvulos nobis dedit igniculos, quos celeriter magis moribus, opinione depravatis sic restinguimus, ut nusquam naturæ lumen appareat. Ingenii igniculi. Quintil. lib. 6. in Proæm. Desiderii igniculus. Cic. ad Treb. lib. 15. Epist. Virilis igniculus. Idem lib. 15. ad Att. Quint. Quædam exigua animalia igniculi videntur in tenebris. Ignescitur, pro ignescit. Nonius.

Ignēus, a, um: quod est ex igne, sive quod ignis aut naturam, aut colorem habet. { πυρίον, πυρίου. GALL. De feu. ITAL. Di fuoco. GERM. Feurig. HISP. Cosa toda de materia de fuego. ANGL. Of fyre. } Cic. de nat. deor. Nam omne quod est calidum & igneum cictur & agitur motu suo. Igneus color, qui ignem imitatur. Plin. lib. 8. cap. 38. Arescit in gemmas carbunculis similes, & igneo colore fulgentes. Ovid. 6. Fast.

Igneum cum pura ueste nitebit humus.

Igneus fervor. Idem lib. 9. cap. 60. Hunc tam igneum fervorem esse tradunt, ut omoia in mari contacta adurat.

Ignitus, a, um: nomen adjectivum, ardens, candens. { ιγνιτόν ischschéh. πυρίτης, δέαντης. GALL. Ardent & embrasé. ITAL. Affocato, infocato. GERM. Glüend / feurig. HISP. Cosa encendida de fuego. ANGL. Fired. } ut. Ferr. in ignitum. ¶ Aliquando id significat, quod quandam ignis similitudinem refert, quodque calidæ, igneæque est naturæ. Sic Apuleius ignitam esse Martis stellam dixit. ¶ Ignitus vinum, hoc est, vehementius & generosius. Gell. lib. 17. cap. 8. Tum ego respondi conjectare me vinum idcirco minus coalescere, quod secunda quædam caloris in se habet, essetque naturæ ignitus.

Ignesco, is, ere, ab antiquo Igneo, es: Accendor, ignitus sis. { υπήλαβάτ, ρψή βαχάρ. πυρίζω, GALL. S'embraser, s'allumer. ITAL. Divenir di fuoco. GERM. Feurig werden. HISP. Encenderse. ANGL. To be on fyre, to roare to fyre, to burne. } Plin. lib. 34. cap. 8. Idemque in uncias, additis auti scropulis senis, prætenui pyropi bractea ignescit. Cic. 2. de nat. deor. Ex quo eventurum nostri putant id, de quo Panænum addubitate dicebant, ut ad extremum omnis mundus ignesceret. ¶ Per translationem accipitur pro excandescere, vel vehementer irasci. Virg. 9. Æneid.

Haud aliter Rutulo muros & castra tuenti,

Igneſcunt ira, & duris dolor ossibus ardet.

Col. lib. 10.

Ante amor ignescit mentis, savitque medullis.

Ignatium, ii, est quo ignis elicitar, constatque è silice, & ferro, quæ collisa ignem emittunt: unde scintilla decussæ, & in fomite, linteæque educto exceptæ, flammarum excitant. { πυρίον, ἵππαρια, ιπτύξη. GALL. Fusil pour exciter du feu, soit de bois ou autrement. ITAL. Focile, battifuoco. GERM. Ein feuerzeug. HISP. Instrumento para hacer fuego, eslavoron. ANGL. A tinder box with an iron to strike fyre. } Olim & ex lignis siebat, mutuo attritu ignem concipientibus. Plin. lib. 16. cap. 40. Calidæ motus, laurus, hedera, & omnes, è quibus ignaria fiunt. Exploratorum hoc usus in castris, pastorumque repetit, quoniam ad excutiendum ignem non semper lapidis occasio est. Tertius ergo lignum ligno, ignemque concipit attritu, excipientem materia aridi fomitis.

¶ Ignarius, ignem continens. Gloss. Idsid.
Igabulum, thuribulum. Cœch. ¶

ignifér, a, um: Ferens ignem. { πυροφόρος. GALL. Qui porte feu. ITAL. Che porta fuoco. GERM. Das feur bringt/ angezündt. HISP. Cosa que tra o tiene fuego. ANGL. That bringeth fyre. } Ethet ignifer. Luc. lib. 5.

Inde mare, inde aëris, inde aether ignifer ipse.

Ovid. 2. Metam.

Non tamen ignifer quisquam consistere in axe
Me valet excepto.

¶ Ne ignifer quidem relictus est, οὐδὲ πυροφόρος οὐδὲ οὐρανος. Ubi signacum omnes ad unum interiisse, adeò ut ne eidem sit parcitum, quod ignem præferat exercitui.

Igniflūs, a, um. { πυροσίδης, πυροφόρος, οὐρανος. GALL. Qui jette feu. ITAL. Che colo fuoco. GERM. Dadurch das feur/ füsteußt oder fährt. HISP. Cosa que hecha de si fuego. ANGL. That casts the fyre. } ut, Cawent ignifluæ, apud Claudianum lib. 6. Panegyr.

¶ Ignigena, ex igne genitus. Bacchi cognomen est, quod fulminis ignis genitus:

Ignipés, edis: Igneos pedes habens. { πυρόπτες. GALL. Qui porte les aux pieds. ITAL. Chi ha piedi di fuoco. GERM. Das feurige Fuß habt. HISP. Cosa que tiene los pies de fuego. ANGL. That hath fyre for te. } quod epitheton Solis equis tribuit. Ovid. in Metam.

Tunc sciet ignipedum vires expertus equorum
Non meruisse ne eum qui non bene rexerit illos.

Martial. lib. 1.

Ignipedes posset sine Colchide vincere tauros.

Sic enim legunt nonnulli: quo tamen in loco legendum est, Αἰγαδεις ταύρος, cum diphthongo in prima syllaba. Loquitur enim poeta de tauris illis Αἴται Colchorum regis, quos Poëta fabulatur habuisse pedes æneos. Quod ipsum indicat Ovid. in Epist. Medeæ Jasonem, his versibus.

Martis erant tauri, plus quam per cornua savi.

Quorum terribilis spiritus ignis erat:

Aere pedes soliti, prætentaque naribus atra,

Nigra per afflatas hac quoque facta suo.

Ignipārēns, tis: Dictus est Vulcanus, quod ignis potestatem habet. πυροδύνης. Virg. 8. Æneid.

Ille inter sedes pallentem morte futura

Fecerat ignipotens, undis & Iapye ferri.

Ignispicium: Ea forma dicebatur ab antiquis, quâ Aruspiciun. { πυροσκονία, πυρογραφία. GALL. Devinement par le feu. ITAL. L'arte dello indovinare per fuoco. GERM. Ein warzagung so vonda feuers brennen genommen wird. HISP. Divination por fuego. ANGL. Divination by fyre. } Erat autem divinationis genus, quod ab igni inspectione sumebatur. Plin. lib. 8. cap. 56. Aruspiciun Delphini ignispicia Amphiaraus, auspicia avium Tiresias Thebanus venit.

Ignitabulum: Ignis receptaculum, πυρον. Festus. Exemplum extat apud Solinum cap. 18. Pyropole etiam, quoniam & ignitabula ibi, & igna inventa sunt.

Ignivōmus: Igneum vomens. { πυρεκόδιος. GALL. Qui vomit lesta. ITAL. Che vomita il fuoco. GERM. Das feur aufwirft oder aufwirft. HISP. Cosa que hecha de si fuego. ANGL. That vomites fyre. } Id in Carm. de Resurrectione Christi,

Altius ignivomum Solem eali orbita ducit.

IGNOBILIS, e, dicitur ignotus, incognitus, vilis & abjectus. { Nobilis, clarus, celebris, conspicuus. נִקְלָה niklah, נַזְלָה zolél, נַחֲשָׁבָה chashab. δυρχής, ανημός. GALL. Inconnu, de bas estat & condition, roturier. ITAL. Ignobile, vile, incognito. GERM. Unedel/ unehamtschlecht/fleingsug. HISP. Cosa escura y no conocida. ANGL. knowen of low birth of na estimation, un noble. } Virg. lib. 7.

Solus ubi in sylvis Italis ignobilis avum

Exigeret.

Plaut. in Pseud. sc. 1. a. 2. Peregrina facies videtur hominis, atque ignobilis. Cic. 1. Tusc. Quid Cyrenæum Theodorum philosophum non ignabilem, nonne mirarur? Virg. 1. Æneid.

savitque animis ignobile vulgus.

IGNOBILITAS, atis: Vilitas, humilitas, obscuritas, conditio, atque sortita hominum infimorum. { Nobilitas, dignitas, generis antiquitas. נִזְלָה zulloth. δυρχία. GALL. Roture, basse condition. ITAL. Ignobilità, humilità. GERM. Unachtfame oder unachtbarkeit / schlechtkleinfüge. HISP. Aquel escurecimiento de nobleza. ANGL. Baseness of birth, unnoblesse. } Cic. pro Rose. Amer. Jam quos nemo proprius ignibilitatem nominat, sexcenti sunt. Idem 5. Tusc. Nunc igit ignobilitas, aut humilitas, etiam popularis offensio sapientem beatos esse prohibebit? Ignobilitas generis. Cicero. pro Muren. Quia ego jam putabam, Judices, multis viris fortibus, ne ignobilitas generis objiceretur, meo labore esse perfectum. Ovid. 6. Met.

Res obscura quidem est ignobilitate virorum,

Mira tamen.

IGNOMINES, quilaude & gloria carent, quasi ne nomine. { נִקְלָה niklah, נַזְלָה zolelm. נַרְבָּה, נַרְבָּה. GALL. Sans nom, sans loüange. ITAL. Che non hanno laude, senza nome. GERM. Unnamhöfis frig/ unberümpf. HISP. Sin loor, sin nombre. ANGL. Without name estimation.

IGNOMINIA, æ, nominis nota, interprete Nonio, infamia, dedecus, contumelia, macula, probrum. { נִקְלָה kalón, נַרְבָּה cherpáh, אַלְמָא, הַפְּנִים. GALL. Honte, infamie, deshonneur. ITAL. Infamia, virtusputatione, vergogna, biasmo. GER. Schmach/schand/etnes ehlichen names verletzung. HISP. Infamio, ó mal nombre, verguenza. ANGL. Repache, infamie, selander. } Componitur ex In, & Nomen, n litera conmutata in g. Dicitur enim ignominia, quasi boni nominis amissio. Cicero. lib. 4. de Repub. Itaque quum omnis ea judicatio versetur tantummodo in nomine, animadversio illa ignominia dicta est. Idem Thermo, Ostendi graves te suscepturum inimicitias, si adolescent potens & nobilis ignominia affectus esset. Et hercle sine dubio erit ignominia: habes enim neminem gradu superiorum. Gellius cap. 8. lib. 10. Ignominiae militaris genus sanguinis missio. Item, Ignominiae clades (de Republ.) Sueton. in August. cap. 13.

Ignomi

¶ Ignominia, pro eo interdum qui ignominia afficit. Cic. de petit. Consul. Albutius una plaga concidit ignominia, quā cum Senatus afferit, quā dēnō gavit supplicationem. ¶ Ignominia est, pro ignominia & vitio habetur. Plin. lib. 28. cap. 2. In quam transferri ignominiae esset. ¶ Longē autem aliud est atque infamia; hæc enim ex multorum sermone oritur: ignominia verò imponitur ab eo qui animadversione notare potest: author est Corn. Fronto de vocabul. different.

Ignominiosè, adverb. Cum ignominia & dedecore. { ἀληφ. GALL. Avec infamie, honteusement. ITAL. Vergognosamente, con infamia.

GERM. Smäichlich / ehreverletzlich. HISP. Con verguenza y infamia.

ANGL. with reproche, infamie or scander. }

Ignominiosus, a, um, qui ignominia est affectus. { ἀρχή mechoraph. תְּהִלָּה niklēh. אַלְעָגָג. GALL. Plein d'infamie & de déshonneur, infâme. ITAL. Vitupero, è infame, monstrato à dito, svergognato. GERM. Schandlich / onechtlich / dem man ein schmach angehöre hat. HISP. Infame y de mal nombre. ANGL. Full of infamie and scander, reprochfull. } Quint. lib. 7. cap. 2. Tibi, inquit accusator, illos non licuit occidere: exul enim eras & ignominiosus. Quintilian. declam. 250. Ignominioso nulla est actio. Ita semper vocat ignominiosum qui nunc infamis dicitur. ¶ Accipitur etiam ignominiosus pro eo quod afferit ignominiam. Liv. 3. ab Urbe, Hos ignominiosa fuga domum se recipientes Romanus consul Algido consequitus, ad unum omnes occidit.

Ignominio, as: Ignominia afficio. { ἀρχή cheréph. אַלְעָגָג. GALL. Difamer, déshonorer, faire honte. ITAL. Far vergogna, far vituperio. GERM. Schindchen / ehr verletzen. HISP. Hacer verguenza o vituperio. ANGL. To diffame and scander. } Verbum est parum usitatum, legitur tamen participium Ignominiator, pro ignominia affectus. Gell. lib. 9. cap. ult. Quibus modis ignominiator, tractatusque sit à C. Cesare Laberius poëta.

¶ Ignominiator, ignominiosus, infamis. ||

IGNORO, as: Nescio, imperitus sum, non scio, non compertum & cognitum habeo. { יְדֹעַת אֵל lo jadkhāh, אֲבָשׁ schaghāgh, תְּהִלָּה schaghāh. אַזְוֹת. GALL. Ignorer, ne connoître, ou ne savoir pas. ITAL. Non sapere. GERM. Nicht wissen. HISP. No saber, o no conozer. ANGL. To be ignorant or unskilfull. } Fit à gnorare, unde Dignorare, Festo. Cic. pro Milone, At veò tu ignoras? tu hospes in hac urbe versaris? tu peregrinantur aures? neque in hoc perulgato civitatis sermone versantur? Terent. Heaut. Hoc primum, ut ne quid ignorares, &c. ibid. Erras, si credis, & me ignoras, Clinia. Plaut. Capt. sc. 4. a. 3. Suum interdum ignorat nomen, nec scit qui siet. Idem Amph. sc. 1. a. 1. Hero dicam meo, nisi is quoque ignorabit (i. non noscit.) Idem Milit. sc. 5. a. 2. Quis ego sum, si tu hunc ignoras? (mox, non nosti.) Idem Capt. sc. 3. a. 2. Ne tu me ignores cui abscesseris, &c. ¶ Ignoro, passivè. Ovid. 1. Trist. Eleg. 4.

Sitamen hec navis vento ferretur amico,

Ignoraretur forsitan ista fides.

Ignorans, Participium Cic. de Amicitia, Non fabula ignorantante regi uter eorum esset Orestes. Brutus Ciceroni, Juvat enim magnificè loqui, & certè decet adversus ignorantates, quid pro quoque timendum, aut à quoque petendum sit. Plaut. Capt. Prolog. Ignorans suo servit patri.

Ignoratio, & Ignorantia, à verbo deducta nomina. { אַיְנוּת en-dahāth, תְּהִלָּה scheghaghah, מְשׁוֹגָה meschughah, שְׁגָה mishgheh. אַזְוֹת. GALL. Ignorance, faute de connaissance. ITAL. I. non sapere, ignorantia. GERM. Unwissenheit. HISP. Aquel no saber, mengua de saber. ANGL. Ignorance, unskillfulness, lack of knowledge. } Atque ignoratio quidem ad actum, & tem pertinet, quæ pertinuit nescitur, nec sciri potest, nisi prodatur. Cic. lib. 3. Offic. Quidam enim quisque reperitur, qui impunitate & ignorance omnium proposita abstineri possit injuria? Idem de Amic. Ut in fabulis, qui aliquandiu propter ignorantiam stirpis & generis in famulatu fuerint. Quo in loco in nonnullis exemplaribus corruptè legitur ignorantiam. Idem pro Aul. Cluent. Quid erat odium, dii immortales! quæ superbia? quanta ignoratio fuit? ¶ Ignorantia verò ingenii virtutum est, quum quis ignorat quid facere debeat, aut dicere. Quint. lib. 7. cap. 2. Ignorantia prætendi non potest. Cic. pro Flac. Ubi adolescentes nihil possent discere, nisi ignorantiam litterarum. Cæs. lib. 3. de bell. civ. Ignorantia locorum. Gell. cap. 13. lib. 16. Per ignorantiam non uti jute suo. Quid autem intersit inter imprudentiam & ignorantiam, docet Donatus his verbis, Imprudens per se; ignarus per alios. Ita & imprudentia per se, ignorantia per alios.

Ignorantior. Comparativus. Corn. Tacit. lib. 12. Clementiamque ac justitiam quanto ignorantiora barbaris, tanto tolerantiora capesset.

Ignorabilis, e, quod non cognoscitur, vel quod facilè ignorari potest. { אַזְוֹת. GALL. Inconnu, qu'on ne connaît point. ITAL. Incognito, non conosciuto. GERM. Unbekannt / unverständend. HISP. Lo que no se sabe. ANGL. That is not known. } Plaut. in Pseud. Quis hic est, qui oculis obviam ignorabilis objicitur? Gell. lib. 9. cap. 12. Alterum autem illud ignorabilius obscuriusque est. Cicero. 2. de Invent. Quod levius, facilius, non ignorabile, non fortuitum, non necessarium fuerit.

Ignarus, a, um, compositum ab in, & gnarus: Nescius, imperitus, expertus. { יְדֹעַת אֵל lo jadkhāh, אֲבָשׁ schaghāgh, אַזְוֹת. GALL. Ignorant, ignare. ITAL. Pazzo, ignorance. GERM. Unwissenhaft / unverständig / unerfaren. HISP. Ignorante. ANGL. Unskilfull, ignorant. } Terent. in Eunuch. Imprudens harum rerum, ignarusque omnium. Virg. 10. Æneid.

Æneas ignarus abest.

Idem 3. Æneid. pro imprudenti, & cui quid accidit præter sententiam.

Aut quis te ignarum nostris detes appulit oris?

Idem 1. Æneid.

O socii, neque enim ignari sumus ante-malorum.

Gellius cap. 5. lib. 12. Non ignatus in disciplinis. ¶ Ignatissimus. Plaut. Pseud. sc. 6. a. 4. Nescis: juxta cum ignatissimis. ¶ Accipitur in-

terdum passivè pro ignorato, ut annotavit Gellius Noct. Att. lib. 2. cap. 12. Virg. 10. Æneid.

— ignarum Laurens habet ora Mimanta.

Ovid. Metam. lib. 7.

Iamque aderat Theseus proles ignara parenti. Incognita. Salust. Jugurth. 94. Plerique velocitas, & regio hostibus ignata totata sunt. Tacit. lib. 12. Nihil tam ignatum barbaris quam machinamenta. Et Gell. lib. 14. cap. 1. Sidera aliis nota, aliis ignarissima, imò legitut ibi, ignotissima.

¶ Ignos, ignotus. ||

IGNOSCO, is, vi, tum: Valde nosco, & disco. { חַבְרִי bichbir, עַבְרִי dhāb. אַלְעָגָג. GALL. Bien connoître, & parfaitement. ITAL. Sapere bene. GERM. Wöl erkennen. HISP. Muy bien saber. ANGL. To know well or perfectly. } Auget enim hic, In, præpositio verbi significationem. Varro, Vos qui in theatrum voluptatem auribus aucupatum concurreris domo adeste, & à me, quæ feram, ignoscite, domum ut feratis à theatro literas. Verum hoc confutudine est obsoletum. Nam ignoscere nunc est culpam remittere, veniam dare, excusatum habere: & ut ait Cicero ad Atticum, sceleris pœnam prætermittere. { חַמְלָא chamlā, אַנְשָׁסָא ovshāyāl, ovshāyān. GALL. Pardonner. ITAL. Pardonare. GERM. Verzeihen / obersdhen / nachlassen. HISP. Perdonar. ANGL. To forgive, to pardon. } Ubi, In, præpositio privativa est, quasi non agnosco errorem. Plaut. in Aul. Id adeò te oratum advenio, ut animo æquo ignoscas mihi. Idem in Merc. Ora ignoscat delictis atque adulescentiæ. Quintilian. Ignoscere nobis non debemus. Idem, Ignoscere sibi. Ovid. Eleg. 4. lib. 4. Trist.

— ignoscas laudibus ipse tuus.

Velleius, Ignoscimus nobis omnia, nihil alii remittimus. Plaut. Milit. sc. 6. a. 2. Ignoscas hoc mihi quæsto. Ovid. 6. Fast.

— tollensque manus, Ignoscete, dixit.

Plaut. Amphitr. Orant, ignoscamus peccatum suum. Terent. in Adelph. Venit ipsius ultrò lacrymans, orans, obsecrans, fidem dans, jurans se illam ducturum domum: Ignotum est, tacitum est. ¶ Laetant. lib. 5. posuit pro ignoro, & non intelligo, æp̄tia. Tum (inquit) quid legerint, ignoverunt. Gell. lib. 1. Contra patrion. (inquit Cic.) arma pro amico sumenda non sunt: hoc profecto nemio ignorvit, id est, nescivit.

Ignotus, participium. { ANG. That will pardon. } Cic. in Catone, Ignotum alteri, quod patrem, alteri quod tutorem sequutus est. Cato lib. 5. Orig. Quod eorum nemo mihi ignotus est. Quidam contra Grammaticorum præscriptiones à p̄æsentī tempore protulerunt futurum ignosciturum. Pilo lib. 2. Annal. Quodcumque deliquerit, ignosciturum affirmabat.

Ignoscens, ignoscit, nomen ex participio: Qui facile condonat, & ignoscit. { חַמְלָא chomel, אַנְשָׁסָא ovshāyāl, ovshāyāng. GALL. Qui pardonne, enclin à pardonner. ITAL. Colvi che facilmente perdonà, perdonatore. GERM. Gnädig / geneigt zu verzeihen. HISP. El que ligeramente perdoná. ANGL. Bent or inclined to forgive or tak mercy. } Terent. in Heaut. sc. 1. a. 4. Mi Chteme peccavi, fateor, vincor: nunc te oblecto, quanto tuus est animus nagi gravior, ignoscit, ut meæ stultitiae justitia tua sit aliquid præsidii.

Ignoscens, participium. { ANG. That will pardon. } Cic. in Catone, Ignotum alteri, quod patrem, alteri quod tutorem sequutus est. Cato lib. 5. Orig. Quod eorum nemo mihi ignotus est. Quidam contra Grammaticorum præscriptiones à p̄æsentī tempore protulerunt futurum ignosciturum. Pilo lib. 2. Annal. Quodcumque deliquerit, ignosciturum affirmabat.

Ignoscibilis, e: Condonatio peccati. { חַמְלָא chomel, אַנְשָׁסָא machmal. ovshāyān. GALL. Pardonement, pardon. ITAL. Perdonare. GERM. Vergebung / nachlassung. HISP. Perdon, o obra de perdonar. ANGL. Forgiving. } Gell. lib. 7. cap. 3. Interdum autem quasi eos deliquerit concedat, ignosci postulat, & ignoscitias utiles esse rebus humanis docet.

Ignoscibilis, e: Venia dignus. { ovshāyās. GALL. Pardonable, meritantly pardon. ITAL. Degno di perdonare. GERM. Verzeihens end übergehens würdig. HISP. Cosa que se deve o puede perdonar. ANGL. That deserves forgiveness. } Gell. lib. 13. cap. 20. Hic vester hujusmodi vestitus, de multo iam usu ignoscibilis est. Verba sunt Castritii, qui floruit sub Hadriano.

Ignotus, a, um, nomen adjæctivum, non participium, ut quidam putavunt. Incognitus, i, qui ignoratur. { אַזְוֹת. GALL. Inconnu. ITAL. Incognito, non cognoscit. GERM. Unbekannt. HISP. Cosa no conocida. ANGL. Unknov'en. } Virg. lib. 13. Æneid.

Ignorari nova forma viri.

Locis ignotis errare. Ovid. 4. Metam. Verba obscuriora & ignotiora. Quint. lib. 7. cap. 4. Claudian. in Eutrop.

— pars ignotissima turba.

Ovid. Eleg. 8. lib. 3. Trist.

Misit in ignotam qui rude semen humum.

Tibul. lib. 4.

Mille per ignotas audax erraverit urbes.

Senec. cap. 12. de Tranquill. Ignoti hominis fanus persecuti. Plaut. Care. sc. 3. a. 1. Date viam noti & ignoti. Ovid. Eleg. 3. lib. 3. Trist.

Æger in extremis ignoti partibus orbis.

Ibidem,

Tam procul ignotis igitur moriemur in oris.

¶ Interdum activè pro Inicio, hoc est, pro eo qui ignorat. אַזְוֹת. Quint. lib. 6. declam. Ne quis tamen errat ignotus, non est filii mei noverca, sed mater: hoc est, ignorans. Item Naevius poëta antiquus, Ignotæ itineris sumus, tute scis. Ex Nonio. Plaut. Men. sc. 1. a. 2. Insanus es, qui mihi molestus es homini ignoto (i. mihi, qui te non novi, vel mihi te ignoranti.) Cic. in Epist. ad L. Luceium, Q. Fil. lib. 5. Atque illi artifices corporis simulacra ignotis nota faciebant.

Ignotissimus: Superflatus. Gell. lib. 11. cap. 10. Phavorinus philosophus veterum verborum cupidissimo, & plerasque voces nimis præcas, & ignotissimas, in quotidianis, communibusque sermonibus exprimenti, &c. ¶ Apud Suet. in Tib. cap. 2. pro obscurissimo sumitur. Ignotissimum, inquit, quæsturæ candidatum nobilissimis anteposuit, ob epotam in convivio propinante se vini amphoram.

I L

Hila: vide Hila.

Hila, pars lumbi, seu lateris in sue. Horatius lib. 2. satyr. 4.

— ferma magis, an magis ilis.

Ilapinastis, λαπιναστής. Cognomen Jovis apud Cyprios, inde ductum,

Ecc 5

quod

quod magnifico apparatu, splendidisque epulis, quas *ιλαντίας* vocant Græci, coleretur. Vide Cælum Rhod. lib. 27. cap. 25.

Ilarchus, Ἰλάρχος, Equitum turmæ praefectus. Nam Græci *Ιλας* equum turmas appellant. Vide Cælum Rhod. lib. 27. cap. 24.

Ilaraugatae, Ιλαραγάται, Iberi: & Ilaraugates fluvius.

Ilatis, Ιλατης, urbs Lycia, Steph.

Iattia, Ιαττία, urbs Cretæ, Steph.

Ilba: vide *Ilua*.

Ilæ, per simplex *l.*, ilis, neutri generis, ab iina, quæ est pars chartæ tenuissima. Et hinc inanis: nisi malis ab *ivis*. Intestinum est omnium arctissimum, immediate ventriculo adhaerens, in homine quidem & ove lactes dicitur, in cæteris animalibus ile appellatum, ἐκφυσις. Plin. lib. 11. cap. 57. Ab hoc ventriculo lactes in homine & ove, per quas labitur cibus: in cæteris ile, à quibus capaciora intestina ad alvum, hominique flexuissimis orbibus.

Ilia, ilium: Partes sunt imi ventris, inter coxas & pubem positæ, teste Celso lib. 4. cap. 1. { כְּלֵל חֶסֶל אַלְמָנָה. GALL. Les flancs, ITAL. I fianchi. GERM. Die, dârm im bauch. HISP. Yjada à interior de la yjada. ANGL. The flanke, the smalguttes. } Persius Satyr. 4.

*Cæcum vulnus habes, sed lato balteus auro
Protegit.*

¶ Ilia ducere vel trahere dicuntur equi suspiciose, vel quibus prælassestidine cursus anima deficit. Virg. in Georg. lib. 3. de ægris pecudibus dixit:

— imaque longo

Ilia singulu tendunt.

Horat. in Arte,

Pecet ad extremum ridendus, & ilia dueat.

Plin. lib. 11. cap. 37. Ilia appellat arterias quasdam, quæ inter vesicam & alvum sitæ, tendunt ad pubem. Gell. lib. 2. cap. 7. Sed hoc morbi genus ab ilibus oritur solet. ¶ Sunt qui hoc nomen etiam secundæ declinationis esse afferant, adducentes testimonium ex lib. 4. Cor. Celsi, ubi sic legunt: Deinde super rectum intestinum progresfa illis fœminæ latera sua innæctit. Quo in loco pleraque exemplaria *ilibus* habent, non *illis*. Nam quod apud Marullum Mimographum legitur, Tu Hectorem imitaris, ab ilio nunquam recessis: allusio est ad *Ilium* agri Troiani urbem, ut major joco gratia adderetur.

Illosus, adjectivum. { ANGL. He that is sick wringing in the smalguttes. } Qui ilibus laborat, quod morbi genus Græci λαζαρίτος vocant.

Ilëos, Ιλεός, vel *Ileus*. Morbi gracilioris intestini, quando scilicet obstruunt tenuibus intestinis, exitus excrementis negatur. Unde eos, qui hunc morbum patiuntur, stercus per os videmus ejicere. Plin. lib. 30. cap. 7. Gravissimum vitium ileos appellatur. Idem lib. 22. cap. 6. Et contra ileum in oleo, & pulte.

Ilerda, Ιλέρδη. Oppidum citerioris Hispaniæ, in conventu Tarracensi, non procul à Syconi fluvio, cuius meminit Ptol. lib. 2. cap. 26. *Ilergetes*: Hispaniæ populi, in tractu Tarracensi, non procul ab Ibero amne. Author. Plin. lib. 3. cap. 3.

Ilex, icis, per simplex *l.*, & generis fœminini, ab eligo, ut lex, à lego: quia homines primum hanc arborem sibi in victimum elegerunt, glandesque nondum repertæ fruge comedenter. Arbor est glandifera, magnitudine roboris, folio aculeato, lœvi cortice, cuius duo sunt genera. Plin. lib. 16. cap. 6. { תְּלֵה לְהָבָה, תְּרֵזָבָה. GALL. Espèce de chêne qu'on appelle yense ou euse en Languedoc. ITAL. Albero simile alla quercia, & cileccio. GERM. Ein gattung des eichbaums. HISP. Un genero de enzina à coscoja. ANGL. A kind of oak tree. } Virg. lib. 6. Æneid.

Talis erat species auri frondentis opaca

Ilice: sic leni crepitabat bractea vento.

Ovid. 3. Fast.

Lucus Aventino suberat niger ilicis umbra.

Procera ilex. Horat. Od. 13, Ramaña ilex. Ovid. 7. Metam. Arguta ilex. Virg. Elega 7.

Ilicëus, a, um, quod est materiatum ex ilicë. { εἰλίξ. GALL. Fait de yense, ou euse. ITAL. Fatto d'elce. GERM. Eichbeumin. HISP. Coса de enzina. ANGL. Made of this kind of tree. } Stat. lib. 6. Theb.

Ornique iliceaque trabes, metuendaque succo

Taxus.

Ilicëum, i: Locus ilicibus consitus. { ποικύλας. GALL. Un lieu parsemé d'yenses. ITAL. Luogo piantato de piu elci, lecci. GERM. Ein ort das vil diser eichbaum stehn. HISP. El enzinal, lugar de enzinas. ANG. A place planted with of trees. } Martial. lib. 12.

— è cathedra

Surgentem focus excipit superba,

Vicini fratre cultus iliceti.

Ilignëus, sive *ilignus*, a, um: idem quod *iliceus*. πεπίνος. Terent. in Adelph. Lectulos lignis pedibus faciendo. Colum. lib. 11. cap. 2. Si nec hæc sit, iligneam frondem bubus rectè præbebimus. Sic *Ilignea corona*, apud Plin. lib. 16. cap. 4. Ilignea glans. Idem lib. 16. cap. 5. & Horat. 2. Serm. Satyr. 4. apud Gell. cap. 6. lib. 5. quæ ab antiquo poëta Cœcilio *Ilignea corona* dicitur, eadem ab ipso Gellio Corona civica appellatur.

Ilä, *ilium*, vide *Ile*.

Iläcüs, *Iliades*, vide *Ilium*.

Ilä, Ιλα, quæ & *Rhea*, Numitoris Albanorum regis filia, quam *Amulius*, pulso jam Numitore fratre, & interfecto ejusdem filio *Laufo*, virginem Vestalem fecit, ut illi habenda prolis occasionem adimeret, & ne quid superesset de prole Numitoris. Verumtamen *Ilia*, dum aquam pro sacrifici quæseret, obdormivit, & in somnis illi visum est se à Marte comprimi, & sic geminos concepit: quos quum perisset, *Amulius* partus exponi jussit, matremque *Iliam* vivam apud *Tyberim* fluvium infudit, unde poëtae cam *Tyberi* nupsisse singunt: qui ob id quoque *Uxorius* amnis ab Horat. lib. 2. Carm. dicitur. Quid vero pueris acciderit? vide supra in dictione, *Amulius*. Virg. lib. 1. Æneid.

donec regina sacerdos

Marte gravū geminam partu dabit *Ilias* prolem.

|| *Iliatri*, servi vocantes convivas. Rh. ||

Iliberis, vide *Iliberis*.

Ilicet, per syncopen dictum, quasi ire licet. Terent. in Phorm. Hoc nihil est: ilicet. Quid conterimus operam frustra, quin abeam? In quem locum Donatus sic scribit: Sic judices de concilio dimittabant, cum præco pronuntiasset suprema dicta: Actum est, ilicet. Ubi Donatus: Ilicet, rei finem significat. ¶ Ilicet, pro statim, confessim, aliquando ponitur. { Ιλιατικός πιθεόμ. εἶναι δὲ, ιδε, παραποτικός. GALL. Il est tout fait, soudain. ITAL. Di subito. GERM. Einwegs von stand an eilends. HISP. Luego. ANGL. Incontinent, forthwith. } Plaut. in Rud. Sed propera. T. Ilicet. D. Jam hic fac sis, cena ut curetur. T. Ilicet. D. Omnia ilicet. T. Licet. Virg. 2. Æneid.

Ilicet ignis edax summa ad fastigia recti
Volvitur.

¶ Ilicet, adverbium affirmantis. Plaut. in Epid. Ilicet, ut vadimonium mihi hic ultrò facit. Idem in Cœruleone, Ilicet pariter hos perire amandos video. Idem Amph. Ilicet mandata heri perierunt, una & Sosia. Idem Capt. sc. 1. a. 3. Ilicet parasiticæ atti in maximam malam crucem. Et in Cœr. sc. 3. a. 1. Ilicet, pariter amando pereant, utetque insaniunt.

Ilienses, Ιλιεῖς. Populi sunt Corticæ insulæ antiquissimi, ut scribit Pompon. lib. 2. Horum meminit & Pausanias. ¶ Ilienses, apud Sueton. in Tib. cap. 52. sunt populi, ubi *Ilium*, sive Troia fuit. Quin & Iliensis legatis (inquit Sueton.) paulò seriùs consolantibus, quasi oblitterata jam doloris memoria irtidens: Se quoque respondit vicem *Iliōnē*, Ιλιόν, inter filias Priami natu maxima fuit. Virg. lib. 1. Æneid.

Præterea sceptrum, *Ilione* quod gesserat olim,
Maxima natarum Priami.

Iliōnēs, Ιλιόνες. Nomen proprium viri Troiani, Phorbantis filii, qui qualis in bello fuerit, nusquam legitur: eloquentia verò excelluisse, deletoque *Ilio* cum Ænea fugisse, & apud eundem legati vice funatum, author est Virg. 1. Æneid.

Postquam introgressi, & coram data copia fandi,
Maximus *Ilioneus* placido sic pectori cœpit.

Ubi Servius: Non mirum, inquit, si eloquens à Virgilio introducat *Ilioneus*, quum pater ejus Phorbas, Homero teste, semper Mercurio deo eloquentiae favente pugnavit.

Illiſüs, Ιλιός. Nomen amnis in Attica regione, Musis dicati, quas ab eo *Illiſidas* vocant. Vide Strab. lib. 9. Stat. lib. 4. Theb. videtur hunc fluvium Furiis conlectare, quum ait:

— anfractu riparum incurvus *Illiſos*,
Sevus honor fluvio: Stygiæ lustrare severis
Eumenidas perkibetur aquis.

Illithyia, Ιλιθυα, dictio syllabarum quatuor. Dea parturientibus propria, quæ & Juno Lucina à Latinis appellatur. { Die Göttin Juno so gehalten ward das sie den gebärenden dehülflich wäre. } Ovid. 9. Metam.

Præpositam timidis parentibus *Illithyiam*.

illum, Ιλιον, urbs fuit Phrygiae, sive Troadis m. o. passus à mari distans, à Dardano Jovis filio condita, ab Illo verò rege ampliata, & *Ilium* nominata, quum antea Troia à regione illa in qua sita fuit, dicetur. Regia fuit Priami: postea verò ob Helenam à Paride raptam decennali bello obcessa, ac demùm expugnata est. { Ein gewaltige stadt in Troade so man gemeinlich Troiam nennt, welche die Griechen zerstürten haben. } Virg. lib. 2.

— ceciditque superbum

Ilium, & omnis humo fumat *Neptunia Troia*.

¶ Dicta est etiam *Ilios*. Ovid. lib. 14. Metam.

— postquam alta cremata est

Ilios, & *Danaas* paverunt *Pergama* flammis.

Horat. Non semel *Ilios* vexata. ¶ *Ilium* propriæ civitas est: nam regio Troia est: quanvis interdum pro urbe, *Troiam* usupet, ut Virg. lib. 3. Æneid.

Et campos ubi *Troia* fuit.

Illacüs, a, um, Ιλιάς. Possessivum deductum ab *Ilio*, agti Troiani urbe. Virg. 1. Æneid.

Ter circum *Iliacos* raptaverat *Hectora* muros.

Horat. in epist.

Iliacos intra muros peccatur & extra.

Ovid. 13. Metam.

Mitter & *Iliacas* audax orator ad arcus.

¶ *Iliacus* morbus à Plauto vocatur, qui infestat *ilia*, sed hoc, ut præterea alia apud Plautum, crediderim esse fictitium, ut ambiguitate vocis risum captaret.

Ilius, a, um, idem. Virg. 9. Æneid.

— quam miseram tenuit non *Ilia* tellus.

Iliades. Ovid. 4. Fast.

Hoc pater *Iliades*, dum longum scriberet annum,

Vidit. (i. Romulus.)

Idem Eleg. 3. lib. 4. Trist.

Dicitur *Iliades* transiliisse Remus.

Ilädæ, Ιλαδæ, Troiani: *Iliades*, Troianæ. Virg. 3. Æneid.

Et circum *Iliades* erinem de more soluta.

Iläas, adiss, Ιλας: Homeri opus clarissimum omnium quotquot unquam extiterunt, Poëtarum scriptis omnibus citra controversiam præsumum. Dicta *Ilias* quod bellum contineat apud *Ilium* inter Græcos & Trojanos ob raptum Helenæ gestum. Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Ilias ipsa quid est, nisi turpis adultera, de qua

Inter amatorem pugna virumque fuit.

Quoniam verò hoc in opere nullum mali genus non recensetur, factum est, ut *Ilias* malorum, pro ingenti calamitate accipiatur, Ιλας κακῶν. Cic. ad Attic. lib. 8. Non possum enim secus vaticinati, tanta impedit malorum *Ilias*. Præterea etiam quia hoc opus in primis prolixum, xxv. libris distinctum est, factum est, ut quum opus impedi ptolemaeus indicare quis velit, id *Iliade* esse prolixius affirmet.

|| *Iliades*,

IIIades, mulieres Troianæ.

Illa, ιλλανή κλάσις. Gloss. οὐδὲ, est vermis, sed propriè nascens in corpore, ex putredine.

Illac, per eum Iocum. ||

ILLABOR, cris, lapsus. Incido, influo, irruo. { נָפַח naphál, וְנָזָל nazál. εἰμιστεῖν, εἰργίων. GALL. Coulter dans, s'avaller, descendre doucement. ITAL. Cascare, scorrere, sdruciolare. GERM. Hinein fallen/ hinein fliessen. HISP. Deslizarse à lugar, resvalar. ANGL. To slide, runne, flow or fallin. } Plin. lib. 5. cap. 29. de Meandro fluvio, Postremò Cariam placidus omnēque eos agros fertilissimos rigans limo, ad decimum à Mileto stadium lenis illabitur mari. Cicer. 1. de finib. Nam si ea sola voluptas esset, quæ quasi titillaret sensus, ut ita dicam, & ad eos cum suavitate afflueret & illaberetur. Virg. 2. Aeneid.

— sensit medios illapsus in hostes.

Ibidem,

— medisque minans illabitur urbi.

ILLAPSUS, us, influxus. { כָּתֵב zób. εἰργών, εἰργός. GALL. Douce chenu-te, descante. ITAL. Piacevole caduta & dolce. GERM. Das hinein-fallen/ oder tennen. HISP. Deslizamiento, resvaladero. ANGL. A sliding or falling in. } Col. lib. 2. cap. 2. Ut ejusmodi constructio ri-pam sustineat, ne præludatur humoris illapsu atque exitu.

ILLABORATUS: Non laboratus, nullo labore & diligentia confectus. ζείγεται. GALL. Qui n'est point elabouré, où l'en n'a point pris grand peine à le faire, négligé. ITAL. Cosa fatta senza fatica. GERM. Das on arbeit und fleiss gemacht ist. HISP. Cosa hecha sin trabajo. ANGL. Made without labour. } Quintilian. de Cicerone lib. 10. cap. 3. Tum interim hæc omnia, quæ vix singula quisquam inten-tissima cura consequi posset, fluunt illaborata. Idem Quintilian. Illa-borata virtus, quæ citra laborem contingit. Idem cap. 4. lib. 4. Illa-borata similis orationi. Idem, illaborati fructus.

ILLABORATÆ: Laborare, i. m. i. i. i. i. i. Corn. Tacitus lib. de moribus Germanorum, Ingemete agris, illabotare domibus.

ILLAC, adverbium: Per illum locum. { εἰνι, εἰναι, εἰνιγε. GALL. Par là, ITAL. Per quel luogo. GERM. Dadurch. HISP. Alli donde alguno es. ANGL. On that side. } Terent. in Eunuch. Plenus rimatum sum: hac atque illac perfluo. Illac, pro A parte illius. Cicer. ad Att. lib. 7. Verutamen hac video cum homine audacissimo pa-tatissimique negotium esse: omnes damnatos, omnes ignominia affectos, omnes damnatione dignos facere, id est, ex illa parte Cæsar. Illacerabilis, e. { ἀρευπόλος, ἀρεύτας. GALL. Qu'on ne peut déchirer. ITAL. Che non si può stracciare. GERM. Unzerrisslich. HISP. Cosa que no se puede despedazar. ANGL. That can not be rent. } Ut, Spo-lium illacerabile. Silius lib. 5.

ILLACÉSITUS. Τὸ μὴ παρεκκαθέσθαι, διαπηλάνει. GALL. Qui n'a point été provoqué, irrité, agacé, assailli. ITAL. Che non è provocato, no irri-tato. GERM. Der nit angreit. HISP. Cosa no provocada y no desfa-siada. ANGL. That hath not bene provoked or eggyed. } Tacit. in vita Agricola. Tanta ratione curaque, ut nulla ante Britanniae nova pars illacerita transierit.

ILLACRYMO, as: Lacrymo, in lacrymas erumpo. { γένει damáh. επι-δειγμόν. GALL. Larmoyer, pleurer. ITAL. Piangere. GERM. Beueimen. HISP. Llorar. ANGL. To weep, to vaile. } Liv. lib. 22. Illactymate dicitur, partim gaudio, partim, &c. Illactymate morti, vel errori ali-cujus, est propter errorem, vel mortem ejus lacrymas emittere. Idem lib. 40. Si te, qui morti innocentis, qui meo infelici errori unus illa-crymasti, in locum meum substitutum relinquam. Ubi legitur, Inla-crymavisti. Dicitur & de rebus sensu carentibus, pro exsudare, seu humorem emittere. Virg. 2. Georg.

illacrymat mæstum tempis ebur, araque sudant.

ILLACRYMARE suppliciis, apud Suetonium in Vespasiano Aug. cap. 15. Ceterum neque cæde cuiusquam unquam latratus, justis suppliciis illacrymavit etiam & ingemuit.

ILLACRYMABILIS, e: Inexorabilis, & qui tam durus est, ut ad lacrymas, aut ad misericordiam commoveri non possit. { λαζαρεῖν, δυσαληγτό. GALL. Qui on ne peut émouvoir à pleurer, ou avoir pitié. ITAL. Che non ha pietà, ne se piega per le altrui lacrime. GERM. Unmild/ einer der mit weinen nit zuverogen. HISP. El que no tiene compassion. ANGL. That can not be moved to haune pite. } Hoc epitheton Horat. tribuit Plutoni lib. 2. Carminum.

ILLADES, contorta lora. Rh. ||

ILLI, pro illius, vel illi. Lucr.

ILLI, pro Illa hæc. Terent. in Adelph. Verùm nimia illæ licentia pro-fecto evadet in aliquod magnum malum.

ILLAS, nomen adjectivum compositum ex in, negativa, & participio lœsus. { ἀθλαῖς. GALL. Qui n'a aucune blessure, sain & entier. ITAL. Non offeso. GERM. Unverlet. HISP. No lisiado, ò offendido. ANGL. Not hurt, unhurt. } Plin. lib. 15. cap. 30. Gallinam conspicui candoris, sedente aquila ex alto abjecit in gremium illasam. Matt. lib. 1.

ILLASUM timidis unguibus hæsit onus.

Copressus illæsa bruma. Statius 6. Theb.

ILLATIBILIS: Injucundus, ingratus, tristis. { ἀχερας. GALL. Triste, mal plaisir. ITAL. Triste, malinconico. GERM. Unlieblich/ das kein freud macht. HISP. Cosa triste, no alegre. ANGL. Sorowfull, unpleasant. } Virg. 3. Aeneid.

Hinc Drepani me portus, & illatabilis unda
Accipit.

ILLAVIGATUS, ut illævigated sonus, apud Diomedem Grammat. lib. 3. in-conditus.

ILLAKEO: Laquo constringo, laqueis implico, irretio. { טָרַבְנָקָשׁ. GALL. Enlacer, prendre aux lags. ITAL. Allacciare. GERM. Einlätzten/ verstricken. HISP. Enlazar. ANGL. To snare, torape, or intangle. } Cic. de Arusp. responsis, Sed si etiam nunc illaqueatus sum omnium legum periculis, &c.

ILLATEBRA, æ, à non latendo compositum vocabulum. Plaut. apud Macro-bium, Cujus ego latus illatebras reddam meis dentibus & manibus:

i. efficiam dentibus & manibus meis, ne in ejus latere quicquam celari possit, ita discependo aperiam.

ILLATENUS, pro Eo usque. Gell. cap. 19. lib. 16. Nautas precum ejus ha-rum commiseros esse illatenus, ut ei necem afferte per vim suis manibus temperarent. Idem eodem sensu usus est cap. 6. lib. 2.

ILLATÉBRO, as: In latebris abscondo. { יְלָד tam in. εἰλαγόνων. GALL. Cache & celer en lieu secret. ITAL. Abscondere dentro. GERM. In ein hûle verbergen/ verstoßen. HISP. Esconder dentro. ANGL. To hide in any secret place. } Gell. lib. 17. cap. 2. ex 5. Annal. Qu. Claudiis, Arma plerique abiecunt, atque inermi illatebrant scie: alias, incer-mes inlatebrant scie.

ILLATINUS, ut illatinæ conjunctiones sunt, quanquam, quanvis, tamet-ſi, ut tradit Plin. in Grammat.

ILLATOES, qui menstrua introducebant judicia. Poll. ||

ILLATRÖ, as, ex in, & latro. { ιππον nabach. εργαλεῖα. } Lucanus.

ILLAUDATÙS, i: Illaudabilis, teste Gellio, qui nulla mentione, aut me-moria dignus est, neque unquam nominandus. { ἀνέκουπας οὐ ταρεῖος. GALL. Qui n'est point loué, indigne d'être loué. ITAL. Non laudato, non degno di laude. GERM. Ungelobt oder unlöblich/ der keines lobs oder thums würdig ist. HISP. No alabado, no digno de ser alabado. ANGL. That is unworthy of praise. } Sicut quandam à communi consilio Asiae decretum fecunt, ut ejus nomen qui tem-plum Dianæ Ephesi incenderet, nemo ullo tempore efficeret. Est enim nomen hoc idoneum ad exprimendam sceleratissimi hominis detestationem. Virg. Georg. 3.

— quis aut Eurysthea durum,

Aut illaudati nescit Busiris aras?

Est autem illaudatus nomen, non participium: neque enim verbum habet à quo deduci queat, neque ullum definitum tempus habet. Nam dicitur illaudatus, non qui laudatus non sit: sed qui laudari non meruit, ut est lib. 3. Aeneid.

Dives inaccessos ubi Solis filia lucos:

pro , inaccessibles, non ad quos nullus accessit, sed ad quos nullus accedere debet. Sic fontem inexhaustum dicimus, non tam cum qui nunquam exhaustus sit, quam qui exhausti non potest.

ILLUDABILIS, e, qui non est dignus ut laudetur. { ἀνέκουπας οὐ ταρεῖος. GALL. Indigne d'estre loué. ITAL. Indegno di laude. GERM. unlöblich/ lepus lobis würdig. HISP. Non digno de loor. ANGL. Unworthy of praise. } Carmen illaudabile. Stat. 5. Sylv. ||

ILLAUTA, foemina inelegans; virgo. Lips. ||

ILLE, Illa, Illud, illius in genitivo, penultima indiff. tente, ab Is: vel Hebr. elle. Pronomen est demonstrativum, tertium designans personam, tam à loquente, quam ab audiiente tenetam, de qua satis malta dicta sunt in dictione Hic. { ιππον zób. ειναι. GALL. Celuy là, cestug là. ITAL. Quello, colui. GERM. Das/ dieser. ANGL. He that. } Plaut. Pseud. sc. 1. a. 3. Nec illud possum, quod illi qui possunt solent. Idem Milit. sc. 1. a. 2. Illa illum contra (amabat). Idem Men. sc. 2. a. 4. Quid ille? quid? (sup. agit.) Idem Cura. sc. 3. a. 5. Hic hujus frater, hæc illius soror. Idem Aul. sc. 6. a. 4. Eam invenies meam illam esse oportere. Idem Cura. sc. 1. a. 1. Cum illa ad me exit. Ovid. 13. Metam.

— Pars est sua laudis in illo.

¶ Illi & ille, de Incertis, sive ignotis. Sueton. in Cæs. cap. 41. Com-mendo vobis illum & illum, ut vestro suffragio suam dignitatem te-neant. ¶ Interdum emphasm habet, vimque addit orationi, quod Græci exprimunt per articulum. Terent. Andr. Hic ille est. Virg. in principio 1. Aeneid.

Ille ego qui quandam gracili modulatus avena

Carmen.

Ovid. Eleg. 5. lib. 4. Trist.

Ille ego sum, cuperes dicere posse palam.

Ibid. Eleg. 10.

Ille ego qui fueram.

Item Senec. Ille Cicero (cum laude.) Et Ovid. Eleg. 4. lib. 5. Trist.

Ille dies hac est.

Idem 13. Metam.

Ille nocte mihi Troia vittoria parta est.

Plaut. Mil. sc. 1. a. 2. Hic est ille lepidus Senex. ¶ Ille etiam elegan-tissime redundat. Virg. 1. Aeneid.

Multum ille & terris.

Rufus,

Saucius ille gravi venantum vulnere pectus

Tum demum movet arma leo.

Literum,

— ceu Sirius ardor

Ille sitim morboso ferens mortalibus agris.

Ab illo, pro à sc. Cic. pro De seculo. Quid retineat per te, meminot, non quid amiserit: neque enim se à te multatum esse arbitratur, sed quum existimat multis tibi multa esse tribuenda, quæ minus asse-quai in altera parte potuisses, ea sumens ab illo non recusavit. Ab illo, pro A sc. παρ' ιαύτῳ. Bud. ¶ Illæc. Plaut. Mil. sc. 3. a. 2. Quis illæc est mulier. Idem Menach. sc. 2. a. 5. Ne ego mulier misera quæ illæc audio. ¶ Illæc. Idem Pseud. sc. 5. a. 1. Ehem illuc est, patrem. Idem Menach. sc. 2. a. 5. Pro Jupiter! quid illuc est? ¶ Illisce ædibus. Idem Amph. Prolog. Illæcæ ædes. Idem in Afr. sc. 3. a. 1. Non tu in illisce ædibus habitat?

Illud horæ, pro eo tempore, sive pro illa hora. Suet. in Neron. cap. 28. Quare nunquam postea se publico illud hoæ sine tribunis commisit, procul & occulte subsequentibus.

